

# CATALOGUS CODICUM MANU SCRIPTORUM

QUI IN

**BIBLIOTHECA MONASTERII EINSIDLENSIS**

**O. S. B.**

**SERVANTUR.**

*Einsiedlen, Switzerland abbat*

DESCRIPSIT

**P. GABRIEL MEIER O. S. B.**

**BIBLIOTHECARIUS.**

**TOMUS I**

**COMPLECTENS CENTURIAS QUINQUE PRIORES.**




**EINSIDLE SUMPTIBUS MONASTERII  
LIPSLE PROSTAT APUD O. HARRASSOWITZ.**

**1899.**

~~IV. 5565~~

B 3677.4.5



*Mirrot fund  
(I)*

**IMPRIMATUR.**

---

EINSIDLÆ DIE 2<sup>a</sup> IANUARIJ 1899.

**COLUMBANUS**

ABBAS.

---

TYPIS EBERLE & RICKENBACH EINSIDLENSIUM.

## ORDO LIBRI.

---


	Pag.
Præfatio . . . . .	VII
Brevis conspectus historiæ bibliothecæ Einsidlensis . . . . .	XII
Index operum quorum sæpius in sequentibus fit mentio . . . . .	XVI
I. S. Biblia. Nr. <b>1—40</b> . . . . .	1
II. Sermones. Nr. <b>41—77</b> . . . . .	30
III. Breviaria. Nr. <b>78—103</b> . . . . .	72
IV. Missalia. Antiphonaria. Nr. <b>104—121</b> . . . . .	88
V. SS. Patres. Nr. <b>122—190</b> . . . . .	102
VI. Canones. Nr. <b>191—205</b> . . . . .	150
VII. Theologia. Nr. <b>206—244</b> . . . . .	165
VIII. Vitæ Sanctorum. Nr. <b>245—268</b> . . . . .	201
IX. Ascesis. Nr. <b>269—292</b> . . . . .	242
X. Philologia. Nr. <b>293—343</b> . . . . .	267
XI. Historia. Nr. <b>344—359</b> . . . . .	314
XII. Fragmenta. Nr. <b>360—376</b> . . . . .	324
XIII. Historia moderna. Nr. <b>377—500</b> . . . . .	338
Indices:	
Index auctorum . . . . .	394
Index rerum . . . . .	407
Index carminum latinorum . . . . .	416
Index scriptorum pictorum etc. . . . .	418
Index donatorum possessorum etc. . . . .	419
Addenda et corrigenda . . . . .	421

---



MONASTERIUM EINSIDLENSE





## PRÆFATIO.

**P**rodit tandem in lucem catalogus codicum nostrorum manu scriptorum, quem maxime liberalitati ac munificentiae Reverendissimi Abbatis Columbani acceptum referre debemus. Sed nec reticenda merita R. Patris Galli Morel († 1872) æterna memoria digni, de cuius laboribus omnes fere pagine huius libri testantur. Ipsius catalogus librorum manuscriptorum mihi in hoc opere conficiendo maximo usui fuit. Libenter quidem omnes codices manuscriptos unico volumine comprehendissem, sed obstitit et eorum numerus, 1500 volumina excedens et temporis angustia. De cætero quæ supersunt volumina non sunt tanti momenti; quando vero eorum catalogus prælum subibit difficile est dictu.

De totius operis ratione hæc sunt quæ præmonenda esse censeo. Præcipue successorum meorum rationem habendam esse duxi, cum eorum sit hunc thesaurum, patrum industria comparatum, semper magis cognoscere et ex eodem haurire. Eorum in gratiam plurima addidi, quæ eorum usui potissimum serviant, indigitando v. gr. editiones quæ in bibliotheca nostra, præsertim inter libros sæculi XV prostant.

Retinui ordinem et paucis exceptis etiam numeros codicum sicut a 40 circiter annis P. Gallus Morel instituerat. Cæterum qua ratione catalogus manuscriptorum conficiendus sit, iam ante plures annos alibi publice disserui. (Centralblatt für Bibliothekswesen II [1885.] p. 463—471.) Quibus hæc addenda videntur:

1. Primo semper ponitur figura crassiore *numerus* codicis quo nunc signatus est cum in dorso, plerumque in schedula typis expressa, tum colore cœruleo in parte interiore operculi.

Singuli numeri singulis voluminibus attribuuntur, excepto si aliquoties idem opus plura volumina complectebatur ut. v. gr. **466**, qui tribus voluminibus convenit et **25, a, b**. Isti numeri plerique a P. Gallo Morel dati sunt, exceptis numeris **466, 470, 471, 473, 483**.

Plurimi codices adhuc retinent vestigia alterius numerationis v. gr. cod. **243** in parte exteriori signatur: K 17. Alii sunt numeri quos Hænel anno 1830 indicavit, alii P. Gallus Morel anno 1843 in Archiv für ältere deutsche Geschichte Bd. VIII. P. Gallus Morel multos numeros codicibus primus apposuit, imprimis codicibus fragmentorum **360—376**, qui anno 1859 quo P. Anselmus Schubiger opus suum de schola cantus Sangallensis publicavit nondum numeris signati erant. (Cf. l. c. p. 60 nota; p. 85 nota 2 fit mentio cod. 33 qui iam est **250**.)

Si complurium codicum particulæ in unum volumen compactæ erant, has distinxī per numeros romanos quos arabicis addidi v. gr. in codice **29** ubi particula prima pag. 2—87 glossas in evangelia continens signatur **29, I**, secunda p. 88—102 annales heremi est **29, II** et sic deinceps usque ad **29, VI** quo computus Helperici notatur.

2. Numerum qui hodiedum valet plerumque uncinis inclusus alius sequitur qui etiam formæ codicis coniunctus est v. gr. Fol 8<sup>o</sup> etc. Isti numeri, etsi hodie non amplius in usu sunt, tamen indicant librum iam ex longo tempore monasterii Einsidlensis fuisse. Nam semper additur: «B. V. Einsidlensis». Quis autem huius inscriptionis auctor fuerit non ausim determinare.

3. Sequitur crassiore littera expressus *titulus vel superscriptio* libri, quo paucis verbis illius argumentum principale indicatur, sicut plerumque in dorso codicis legitur, quod quantum fieri potuit retinere studui. Si codex titulo destitutus erat, ipse finxi et uncinis inclusi. Aliquot codices in fronte operculi schedam pergameneam affixam habent sæculo ut videtur XVI scriptam, qua libri argumentum indicatur. Patet hos codices pluteo impositos fuisse. Alii in dorso schedula membranæ signati sunt, in qua manus sæc. XVI lingua germanica argumentum libri expressit. Idem videre est in variis libris initio sæc. XVI typis editis. Altera manus sæc. XVII vel XVIII in schedula chartacea dorso affixa librorum titulos inscripsit, quæ tamen scriptura iamiam evanida plerumque a P. Gallo Morel renovata fuit. Per se patet tam paucis verbis non semper libri argumentum accurate exprimi posse, quapropter aliquoties ampliorem titulum apposui sed uncinis inclusi.

4. In *ætate codicum* definienda permultum laboravi, bene conscius quanti hæc intersit, sed et quam ardua res sit. Cf. quæ hac de re scripsi in Centralbl. für Bibliothw. II (1885) p. 225—231: Ueber die Be-

stimmung des Alters der Handschriften. P. G. Morel qui primus accuratius ætatem codicum nostrorum definire studuit, plerumque non male iudicavit. Verumtamen ipse sibi hac in re non semper constans fuit. Ita in «Einsidler Handschriften der lat. Kirchenväter» codicem **132** pag. 259 (sub Sedulio) sæculo X adtribuit, p. 256 (Leontii) sæculo XI et p. 244 (Anastasii) sæculo X—XI. Sic alibi. Sero animadversus sum virum doctissimum E. Steinmeyer in editione glossarum vol. 4 pag. 420—427 plures codices inferiori sæculo attribuere quam in hoc catalogo factum est.

5. *Materia* codicum est aut membrana (pergamenum) vel inde a sæc. XV charta quam hodie papyrus dicimus. Pauci omnino codices pergameno simul et charta constant v. gr. num. **20**.

6. *Materiam* sequitur *forma codicis* quæ pendet ex magnitudine foliorum. Quam quidem systemate sic dicto *metrico* indicavi, et primo quidem loco altitudinem folii, millemetris expressam, quam sequitur numerus latitudinis interposita figura crucis inclinatae. (X) Si de altitudine et latitudine agitur, intelligenda est dimensio foliorum non autem operculi sive ligaturæ. Ubi foliorum inter se magnitudo æqualis non est, quod maxime in collectionibus fragmentorum nr. **360—378** locum habet, satis esse duxi maximi folii dimensiones apponere.

Quoad codices chartaceos non expedit mensuram tam exacte exponere ideoque obiter tantum verbo vel numero *Fol.* 4<sup>o</sup>, 8<sup>o</sup> etc. innuere satis habui. Aliquoties, ubi folia non numerantur saltem crassitudo libri indicatur v. gr. nr. **69** et **70**.

7. *Formam libri* sequitur *numerus foliorum vel paginarum*, qui raro manu antiqua signatus est. Plerumque P. G. Morel stilo paginarum numerum supplevit, sed sæpe sæpius erronee, sive numerum omittingendo sive repetendo; aliquoties etiam numeros romanos adhibuit. Satis duxi tales errores ab initio indicare, quam numerorum seriem mutare. In descriptione vero codicum secutus sum notationem foliorum seu paginarum. Cæterum præstat folia tantum numeris signare, quo in casu pagina versa accentu notanda venit.

8. Non parvi momenti sunt *signa quaternionum, quinternionum* etc., litteræ vel numeri ad calcem manipulorum plerumque appositi, quibus ordo foliorum indicatur. Ex iisdem plerumque conici potest, an unus vel plures codices ad manus sint, utrum quaterniones eiusdem vel diversorum operum fragmenta sint. Sæpe tamen disparuerunt cultro bibliopegæ ablata.

9. Cuiusque vero paginæ lineas numerandas iis, qui singulis codicibus olim uterentur relinquere me posse censi. Idem de scripturæ characteribus, atramenti colore et si quæ sunt huiusmodi dicendum. Tamen si codex binis columnis in quaque pagina scriptus erat, sedulo adnotavi; item si *plures manus amanuensium* distinguuntur, quod ma-

xime apparet quando ultima pagina quaternionis partim vacua relicta est. Hoc inter alia animadvertitur in codd. **15, 180, 184, 185**. Quod tamen non tanti momenti existimabam ut indicandum censerem.

10. *Ligatura librorum* antiquiorum plerumque ex asseribus facta est vel tabulis ligneis. Inde a sæculo XVI ligatura chartacea in usum venit. Ceterum difficile est dictu, quonam tempore codices ligati sint; P. G. Morel hoc factum esse putat tempore H. de Ligertia (Naumann, Serapeum I, 350.) Tamen quoad magnam partem hoc posterius factum esse alibi probavi. (H. v. Ligerz 18—20.) Specialis mentionis digni sunt codices ligati sub abbate Augustino I. Hofmann (1600—1629) cuius scutum gentilitium corio albo plerumque impressum est. Conf. indicem donatorum p. 420. Cæterum tegumenta alicuius momenti propter artem vel ætatem sæculo XV maiorem inter codices nostros non extant.

11. *Ornamenta et figuras* si quæ codicibus insunt notavi; de quibus pauca dicenda supersunt postquam viri clari Rahn (Geschichte der bildenden Künste in d. Schweiz p. 142, 145, 300—308.) Dr. P. Albert Kuhn (Der jetzige Stiftsbau M. E. ib. 1883 p. 196, 197) de ipsis tractaverunt, ad quos lectorem remitto sicut et ad indicem rerum infra p. 411 (imagines) 412 (litteræ initiales) 414 (scuta gentilitia). Aliquot figuras etiam v. cl. Rohault de Fleury operibus suis La Messe et Les Saints de la Messe inseruit.

12. In exponendo singula opera quæ in unoquoque libro continentur non unam ubique viam secutus sum, ratus non omnia ubivis congruere. Generatim ea tantum adducenda censi, quæ in codice leguntur manu primæva eaque punctatione signis orthographicis distinxerunt. Contra quæ in codice non leguntur, ut sunt v. gr. litteræ initiales, nomen auctoris, pars sententiæ cultro bibliopegæ ablata ego supplevi et ad cavendum lectorem uncinis inclusi.

13. In describendis singulis codicibus ordinem paginarum vel foliorum secutus sum, ad finem reiiciens omnia addidit vel a posteriore manu addita, v. gr. glossæ vel poëmata ad initium vel finem codicis adscripta et quæ sunt eiusmodi. Singulorum operum separatorum initia et fines notavi, additis paginis vel foliis ubi continentur, quando operis natura id exigere videbatur. Alias præsertim in operibus scriptorum classicorum hoc minus necessarium esse duxi. Cum multa opera theologica desinant in aliquam formulam usitatissimam *per dominum nostrum Jesum Christum* vel *per omnia sæcula sæculorum* hæc omisi et verba quæ immediate præcedebant adducere malui.

In eis quæ e codicibus descripta typis exprimenda curavi, integram utique scribendi rationem, qualis in codicibus extat, retinui. Ne miretur ergo lector modo «epistula» modo «epistola» hic «etiam» alibi «eciam» scriptum esse. Ratus sum codices ad litteram sequi, non tamen ita quin litteram minusculam pro maiuscula posuerim vel *i* pro *j*, *v* pro

*u* etc. Alibi secutus codicis rationem scribendi ne lector existimet erronee expressum esse, signum exclamationis uncinis inclusum addidi vel sic [!]. Et generatim quæ in codicibus non contenta ipse addidi, uncinis inclusa sunt; verba ipsa exacta codicum appositis signis « » distinxi. Quæ in codice atramento rubro scripta ea characteribus quos *cursivos* dicunt notavi. Litteræ evanidæ quæ iam amplius legi non possunt |||| indicavi; si minus certe de lectione hærebam signum interrogationis apposui. Tribus punctis (. . .) verba omissa indicantur.

14. Plurimum interest, quando de opere manuscripto agitur, an argumentum eius iam typis evulgatum sit vel cum editionibus collatum. Ideoque non parvum laborem adhibui ut de singulis libris, imo eorum fragmentis accurate indicarem, ubi novissime vel optime edita essent. Opera quibus usus sum sequens elenchus ordine alphabetico exhibet. Per se patet, non omnes editiones hic adduci potuisse sed pro viribus studui saltem illa opera indicare quæ directe ex codicibus nostris vel hauserunt vel eorum mentionem faciunt. Si de editionibus sæculi XV agitur præcipue illarum rationem habui quæ in bibliotheca nostra inter *incunabula*, ut aiunt, asservantur.

15. *Indices* in fine libri plura continent quæ in describendis codicibus consulto omiseram ne bis eadem nomina etc. afferrem. *Index auctorum* enumerat scriptores quorum aliquod opus inter manuscripta extat, nulla ratione habita an revera genuini sint foetus auctorum quorum nomina præ se ferunt. *Index rerum* generatim ea tantum continet quæ in indice auctorum non habentur. Neque omnia adducere volui quæ alias inventu facilia essent. In indice rerum diligenter notavi quæ de Sanctorum vita, officiis etc. agunt.

16. *Addenda et corrigenda* in fine libri, non dubito quin magnopere augeri possint. *Non arrogans est modestia cum confiteor sarcinam cervicibus parum validis inpositam a me non satis alte esse sublatam. Atque severus mei iudex sum, non iniustus.*

## BREVIS CONSPECTUS HISTORIÆ BIBLIOTHECÆ EINSIDLENSIS.

Primus incola loci Heremitarum sive Heremi sacrae, quod nunc vulgo Einsideln audit fuit S. Meginratus martyr († 861.) De cuius libris ita legitur in Annalibus Augiæ divitis: «*hatt im selbs die hystori des alten und nūwen testamentz geschriben, hindan gesetzt das buoch der prophetten, das er begert durch ander brüder beschriben werden. Er sant her sin histori zuo nutz und frucht der brüder hie zuo behalten, und behielt im selb ain messbuoch mit den eppistlen und ain omilier, unser regel aine und die bücher Cassiani etc.*» (Gallus Oheims Chronik v. Reichenau ed. Barack p. 54. — Cf. Hartmann, An. Her. 10. — Centralbl. f. Bibliothw. 4, 257.)

Nescio an vestigium aliquod supersit horum librorum, sed forsitan eorum unus alterve superesset, v. gr. regula S. Benedicti nr. **236** sæc. VIII vel IX.

Sæculo decimo fundatum est monasterium secundum regulam S. Benedicti sub abbate *Eberhardo* annis 934—958 quem secutus est Thietlandus 958—964. Ipse creditur auctor fuisse commentarii in epistulas D. Pauli nr. **38**, quem ex scripturae caractere libenter sæc. X tribuerem. B. Gregorio abbati 964—996 falso adscribitur codex **121**, qui potius originem Sangallensem præ se fert. Pauci codices sæculo X antiquiores aliunde huc allati sunt, ut codices **18**, **27**, **157**, **236**, I. (regula S. Benedicti) **347** et quidam alii.

Sæculo X tribuendus Benno scriptor codicis **158** qui nomen suum inscripsit p. 106. De quo confer infra p. 130. Vigilium scriptorem obiisse anno 951 testes sunt annales Einsidlenses in cod. **319**. (Ed. Pertz Mon. Germ. SS. III, 138 et 145.) Magna pars librorum nostrorum iam sæc. X scripta est. Primum locum tenent libri sacri nr. **5—7**, homiliarii **41** et **42**, vitæ sanctorum **256** et **257**, qui libri, ut multa vestigia probant, choro addicti erant. Idem dicendum de libris sæc. XII nr. **1** Biblia, **8** et **9** lectionaria, **83** breviarium et **247—250** qui vitas sanctorum continent. Marginibus vacuis librorum varia addebantur, v. gr. redditus monasterii in cod. **83**, aut glossæ sive theotiscæ sive latinæ quæ inter lineas sæpe occurrunt. (Cf. indicem rerum sub voce *glossæ* p. 410.) Aliquoties etiam scriptura secreta invenitur ut **27** p. 49, 49<sup>r</sup>. Ad libros ornandos litteræ initiales coloribus et auro decorantur vel etiam imaginibus, quibus sancti representantur.

Sæculo XI Otloh monachus S. Emmerami Ratisbonensis scriptor celebris abbati Einsidlensi unum librum dono contulit. (Mon. Germ. Script. XI, 393.) Quis iste liber fuerit iam non potest dici. Boëthii liber **298** a puero Herimanno sæc. XI exaratus esse videtur. B. Frowinus, vir venerandæ memoriæ, quem Sanblasiani et Engelbergenses sibi vindicant, loco Heremitarum non alienus est. In annalibus Einsidlensibus ad annum 1123 dicitur: *Blasianenses intraverunt*. (Cod. **319** p. 38. Ed. Pertz, Mon. Germ. SS. III, 147.) Ipse Frowinus in annalibus suis ex nostris hausit, item ex codice Abælardi nr. **300**, eius cura Isidori etymologiæ nr. **360** scriptæ sunt et Ambrosius in Lucam (nr. **166**) etsi eius opera in codd. **239** et **240** seculo demum XVI huc venerunt.

Sub abbate Wernhero I (1122—1142) liber Missalis (**111**) et officialis (**112**) scripti sunt; sub Wernhero II (1173—1192) constitutiones (nr. **349**, 121—124) et glossarium Salomonis (nr. **293**.)

Anno 1298 oblati sunt Honorius Augustodunensis. (nr. **357**.)

De Henrico de Ligertia custode et bibliothecario Einsidlensi inter annos 1324 et 1360 in peculiari libello tractavi. Sæculo XIV Einsidlam pervenerunt duo codices mystici **277** et **278**. Qua occasione bibliothecæ illati fuerint nescitur.

Sæculo XV pertinet breviarium (nr. **87**) abbatis Geroldi 1452—1481. Anno 1494 scriptum est graduale maximum pergameneum quod nondum numero signatum est.

Alberto de Bonstetten viro studio humanitatis clarissimo plures codices debemus, quos partim ex Italia detulit partim Friburgo ut nr. **328**. Conradus abbas (1480—1526) anno 1502 comparavit Missale nr. **107** pro 12 florenis Rhenanis. Alterum Missale (nr. **104**) abbas Adamus Heer anno 1581 scribi fecit. Joachimus Eichhorn (1544—1569) legatus Helvetiorum ad concilium Tridentinum missus scripsit tractatum de purgatorio (nr. **66**) anno 1562.

Sub abbate Udalrico Wittwyler (1585—1600) scripta est vita patrorum Einsidlensium (nr. **93**) et itinerarium Mariæ virginis germanice (nr. **270**) renovati codd. **26** et **121**; ipse abbas composuit vitam Zwinglii **438** p. 175—179'.

Nec prætereundus P. Joachimus Müller, Thuricensis † 25 Martii 1594, qui scripsit codices **69** et **70** et possedit **243**. Gregorius Vogt, parochus Tugiensis (1562—1573) auctor fuit numerorum **212** et **231**. Aegydius Tschudius, insignis chronographus Helvetiæ multa ex annalibus nostris hausit. Ipsius epistolæ ad Joachimum abbatem extant in codice **426** ex autographo scriptæ. Plurima eius opera postea acquisita sunt.

Optime de bibliotheca meritis est abbas Augustinus I Hofmann (1600—1629). De quo cf. Allg. deut. Biogr. 12, 626. Ipse ædes bibliothecæ extruxit anno 1603. Est auctor libelli nr. **65**. Ipsi dedicata est chronica

Badensis **451**. Sub ipso scriptus nr. **64** et alii manu Leonardi Zinck, qui iam anno 1587 chronica Eremiti (nr. **411**) exaraverat. Augustini iussu scriptus cod. **238** et eadem manu **252**, forsitan et **241**. Gothardus canonicus Salodorensis anno 1627 obtulit codicem **291** et eodem anno nobilis vir Hans Werner de Raitnau Missale theutonicum nr. **115**. Wolfgangus Keller, parochus in Engen dedit bibliam nr. **2**. Alii codices advenerunt ex Gaesdonk prope Goch, quod fuit monasterium regularium ordinis S. Augustini vicinum Hollandiæ. Hoc nomen quatuor codices inscriptum habent **170**, **190**, **220**, **279**. Ex eadem regione etiam **189** provenire videtur. Præterea non pauci codices scutum gentilitium Augustini præ se ferunt. Cf. indicem possessorum p. 420.

Inter bibliothecarios Einsidlenses eximium locum tenet P. Christophorus Hartmannus origine Frauenfeldensis † 1627. Cf. Allg. d. Biogr. 10, 681. Ipse edidit 1612 Annales Heremi et reliquit manuscriptum commentarium rerum Helveticarum **416**, **446**. Eius commercium epistolicum cum Francisco Guillimanno extat in codice **456**. Sæpe etiam codicibus varias notas addidit circa auctorem, editorem etc.

Etiam abbas Placidus Reimann (1629—1670) plures libros describi fecit ut Tschudii chronicon **378—380**, anno 1639 Antiphonaria **601** et **602**. Sub ipso bibliotheca Mirgeliana Einsidlensi coniuncta fuisse videtur, cuius erant libri iuris venerandæ antiquitatis **191** et **205** qui forsitan fuerant Joannis Fabri episcopi Viennensis († 1541.)

Jodocus Knab, Lucernensis, quondam episcopus Lausanensis († 4 Oct. 1658) dimidiam partem bibliothecæ suæ nobis legavit, alteram monasterio Engelbergensi. Inde veniunt codices **101** et **387** qui ipsius scuto gentilitio ornantur. **101** antea fuerat Benedicti Frantzen Bernensis, postea Solodorani cuius et multos alios libros typis impressos Jodocus acquisierat.

Augustinus II Reding fuit abbas 1670—1692. De quo confer Kirchenlexicon ed. II. 10, 876—78. Anno 1675 gymnasium Bellinzoneense, ditionis Ticinensium in curam suscepit. Inde venerunt codices **308**, **310** et **311**.

Anno 1679 P. Gabriel Bucelinus dono misit Galliam Marianam (nr. **352**.)

Anno 1683 P. Johannes Mabillon, præclarum lumen ordinis S. Benedicti cum socio suo P. Michaeli Germano Einsidlam visitavit et multa e nostris codicibus hausit, quæ P. Placidus Reding, germanus abbatis Augustini in eius usus descripsit. Ipse primus edidit inscriptiones urbis Romæ e celeberrimo codice **326**, item scarapsam Pirminii (**199**, 461.) fragmenta annalium e codicibus **29** et **356** et quasdam vitas sanctorum.

Anno 1692 factus est abbas Raphael a Gottrau qui post sex annos resignavit. Ipsius opus sunt Apophtegmata nr. **67**. Anno 1693 Fr.



Demetrius Moos Fischingensis P. Sebastiano Reding obtulit nr. **442**. P. Marianus Schott bibliothecarius est auctor allegoriæ de sanctuario Einsidlensi nr. **424**.

Anno 1699 abs hæredibus Caspari Lang, decani Frauenfeldensis libri empti sunt inter quos nr. **447**.

Sæculo XVIII abbas Nicolaus II Imfeld (1734—1773) præsentem aulam bibliothecæ extruxit anno 1738. Ipsius insignia ad portam bibliothecæ spectantur. Hoc sæculo scripti sunt codices **381** anno 1728, nr. **429** anno 1788. Eodem anno nr. **245** ex S. Geroldo in Vorarlberg Einsidlam missus. P. Michael Dossenbach anno 1794 codici **307** indicem contentorum addidit et 1796 nr. **428** scripsit. Tempore revolutionis Gallicæ exules sacerdotes Gallici varios codices descripserunt, e quorum numero Petrus Julien est auctor nr. **21—24**. Fr. Valerius Bœhrer O. M. scripsit nr. **430**, J. Pierre Colmariensis nr. **431** et **432**.

P. Conradus Tanner, insignis theologus et 1808—1825 abbas Einsidlensis, antea per aliquod tempus bibliothecarius (Cf. Kirchenlex. 11, 1203—4) emit codices **450**, **452**, **460**. E. S. Geroldo Guillimanni chronicon (nr. **436**) retulit.

Nostro ævo inprimis nominandus P. Gallus Morel vir in omni fere rerum scientia eximius, de quo alibi fusius mentionem fecimus. (Allgem. d. Biographie 22, 220; Kirchenlex. 8, 1902.) Quæ ipse præstitit in bibliotheca augenda, ordinanda, describenda tanta sunt ut merito dixeris eum plus cæteris laborasse. Ipse catalogum codicum accuratum et fustum confecit, indices plures addidit. E tegumentis codicum variæ ætatis ac formæ lacinias ac fragmenta collegit, quæ nunc codices **360—376** constituunt, inter quos eminent Horatius Morelianus **361** et Isidorus Frowini **360**. Ipse comparavit codices **480**, **485**, **487** et alios, describi fecit **383**, **456**, **474**. De bibliotheca breves commentarios publici iuris edidit in Naumanni Serapeo I (1840) 348—352; 359—367. Cf. ib. 236—237. Catalogum codicum historicorum edidit in Pertzii Archiv VIII (1843) p. 736—749. Item Patrum latinorum catalogum edidit in Sitzgsber. d. k. Akad. ph. hist. Cl. 55. (Wien 1867) p. 243—261. Dolendum tamen, sicut iam supra notavi, quod interdum minus diligenter libros inspexerit, ita ut dictis eius fides sæpe haberi nequeat. Multa ex codicibus nostris excerpta cum viris doctis communicavit, inter quos eminent Böhmerus, Hagen qui hoc anno fati cessit, Mone, Orellius, Pertzus et alii. Tandem P. Justus Landolt die 15 Novembris 1883 e vivis excedens bibliothecæ reliquit codices **470**, **471** et plurimos alios parvi valoris.

Scripsi Kal. Jan. 1899.

## AUCTORES ET OPERA QUORUM IN SEQUENTIBUS SÆPIUS FIT MENTIO.

- Abaelardi, P.* Opera, recensuit V. Cousin, adjuvantibus C. Jourdain et E. Despois. 2 vol. 4. Paris. 1849 et 1859.
- Ouvrages inédits, pour servir à l'histoire de la philosophie scolastique en France, publiés par M. Victor Cousin. 4. Paris. 1836.
- d'Achery, L.* Spicilegium sive collectio veterum aliquot scriptorum qui in Galliae bibliothecis delituerant. Paris. 1655—77. 13 vol. 4.
- — Nova ed. ib. 1723. 3 voll. Fol.
- Acta Sanctorum* vide Bollandus.
- Adrian*, Catalog. codic. manuscriptor. Bibliothecæ Gissensis. Fcf. 1840.
- Albertus Magnus, S.*, o. Præd., Episc. Ratisb., Opera. Stud. et lab. Petri Jammy. 21 vol. Lugd. 1651. Fol.
- Alcuinus Flaccus Abb.*, Opera de novo collecta et illustrata cura et studio Abbatis Frobenii. 2 Tomi. Fol. Ratisbonæ 1777.
- Allgemeine Deutsche Biographie.* Lpzg. 1875 etc.
- Ambrosii, S.* Opera omnia ad Mss. Codices passim exacta curante A. Ballerini. Mediolani 1875. 6 vol. Fol.
- Analecta Bollandiana.* Paris 1882 etc.
- Anzeiger für schweiz. Geschichte und Altertumskunde.* Jahrg. I—XIV. Zürich 1855—68.
- für schweiz. Altertumskunde. (Fortsetzung obigen Werkes.) Zürich 1868 seqq.
- für Kunde der deutschen Vorzeit, hrsg. von H. v. Aufsess u. Fr. J. Mone. 8 Bde. München u. Karlsr., 1832—39. — Neue Folge. Nürnberg 1853—83. 4.
- Archiv der Gesellschaft f. ältere deutsche Geschichtskunde.* Hrsg. v. G. H. Pertz. Frankf. u. Hannover 1820—74. 12 Bde.
- Neues, der Gesellschaft für ältere deutsche Geschichtskunde. Hannover 1876 seqq.
- für schweizerische Geschichte, herausg. von der Schweiz. Geschichtsforsch. Gesellschaft. 20 Bde. Zürich 1843—1875.
- für schweiz. Reformationsgeschichte. Herausg. auf Veranstaltung des schweiz. Piusvereins. Bd. 1—3. Soloth. 1868—1875.
- Augustini, S.* opera 11 vol. ed. Migne. Paris 1841—42. Sunt Patrologiæ tom. 32—47.

- Bächtold, J.*, Geschichte d. deutschen Litteratur in der Schweiz. Frauenfeld 1887—1892.
- Baronius*, Card. *Cæsar et Raynaldus Odoricus*. *Annales Ecclesiastici una cum critica historico-chronologica P. Antonii Pagii. Apparatus et indices*. Lucæ 1738—56. 34 vol. Fol.
- Bartsch K.* Die altdeutschen Handschriften d. Univers. Bibl. in Heidelberg. Das. 1887.
- Beda*, Venerab., *Opera omnia*. 8 vol. Fol. Colon. Agripp. 1612.  
— ed. Giles 12 vol. London. 1843—44.
- Berger Samuel*, *Histoire de la Vulgate pendant les premiers siècles du moyen âge*. Paris 1893.
- Berichte über die Verhandlungen der königlich sächs. Gesellschaft der Wissenschaften zu Leipzig*. Philosophisch-historische Classe. Leipzig, 1849 seqq.
- Bibliothek des Literar. Vereins in Stuttgart*. Stuttg. 1842. seqq.
- Bibliothèque de l'Ecole des Chartes*. Paris 1839 seqq.
- Blätter, hist. polit. f. d. kath. Deutschland v. Philipps u. Görres*. München. 1838 seqq.
- Boethius*, *Philosophiæ consolatio*; rec. R. Peiper. *Accedunt ejusdem opuscula sacra*. Lipsiæ 1871.
- Bollandus, Joa.*, S. J. *Acta Sanctorum quotquot toto orbe coluntur vel a catholicis scriptoribus celebrantur, quæ ex Latinis et Græcis aliarumque gentium antiquis monumentis collegit, digessit, notis illustravit. Operam contulit G. Henschenius, Papebrochius et alii Theologi*. (Jan.—Novemb. tom. II.) 62 vol. Antverpiæ 1643 seqq.
- Bonaventuræ, S.* *Opera omnia*. 7 vol. Romæ 1588—96. Fol.
- Caspari, C. P.* kirchenhistor. Anecdota. I. Lat. Schriften. Texte u. Anmerkgn. Christiania. 1883.
- Catalogi codicum mss. bibliothecæ Bodleianæ, confecerunt H. O. Coxe, A. Hackman et G. D. Macray*. Pars I—V. Oxonii 1853—78. 4.
- Catalogue général des Manuscrits des Bibliothèques des départements*. Paris, 1849—1878. 6 vol. 4.
- Catalogus codicum hagiographicorum Bibl. reg. Bruxellensis ed. hagiographi Bollandiani*. Pars I: Codices lat. membran. 2 vol. Brux. 1886—89.
- — latinorum antiquiorum sæc. XVI., qui asservantur in bibliotheca nationali Parisiensi ed. hagiographi Bollandiani. 3 Tomi. Paris. 1893.
- *Manuscriptorum latinorum Bibliothecæ regiæ Monacensis*. T. I. et II. Monachii 1858—81.
- Centralblatt für Bibliothekswesen*, hrsg. v. O. Hartwig. Leipz. 1884—98.

- Chatelain E.*, Paléographie des classiques latins. Collection de fac-similés. Paris 1884—98.
- Chevalier* Ulysse, Repertorium hymnologicum. Catalogue des chants, hymnes, proses, séquences, tropes en usage dans l'Eglise latine, depuis les origines jusqu'à nos jours. Louvain 1889, 2 vol.
- Chronique* d'Einsidlen, ou histoire de l'abbaye princière, de la sainte chapelle, et du pèlerinage de Notre-Dame des Hermites. Par un religieux capitulaire; à Einsidlen. 2 pties, 1787.
- Concilia Germaniæ*, quæ Joan. Mauriti sumptu J. F. Schannat magna ex parte prim. collegit, dein P. J. Hartzheim continuavit etc. Cum Indice ed. Hesselmann. 11 voll. Colon. 1759—90. Fol.
- sacrosancta ad regiam editionem exacta a Labbeo et Cossartio S. J. 15 partes in 16 voll. Paris. 1671—72. Fol.
- Corpus scriptorum ecclesiast. lat.*, ed. Acad. Litt. Cæs. Vindob. Vindob. 1867 seqq.
- Daniel H. A.*, Thesaurus Hymnologicus, 5 vol. Halis 1841—56.
- Dantier*, Alph. Rapports sur la correspondance inédite des Bénédictins de Saint-Maur. Paris 1857.
- Delisle, L.* Le Cabinet des manuscrits de la Bibliothèque nationale. 4 vols. Paris. 1868—81. Fol.
- Diöcesan-Archiv.* Organ d. kirchl. histor. Vereins. Freib. 1865 seqq.
- Ebert, A.*, allgem. Geschichte d. Litteratur des Mittelalters im Abendlande. 3 Bde. Lpz. 1880—89.
- Edélestand du Meril*, Poésies populaires latines antérieures au XII siècle. Paris 1843.
- — — du moyen âge. Ib. 1847.
- — — — — Ib. 1854.
- Fabricius, J. A.* Bibliotheca latina mediæ et infimæ ætatis. Cum suppl. Chr. Schoettgenii et Joa. D. Mansi. Post edit. Patav. anni 1754 nunc denuo emend., aucta, indicibus locupletata. 3 voll. Florentiæ 1858.
- a Fanna, Fidelis*, Ratio novæ collectionis operum S. Bonaventuræ. Taur. 1874.
- Gerbert, M.*, Iter alemannicum, accedit italicum et gallicum. Editio secunda. San Blasii 1773.
- Institutum fuerat iter anno 1760.
- Vetus liturgia Alemannica disquisitionibus præviis, notis et observationibus illustrata. 3 part. San Blas. 1776. 4.
- Scriptores ecclesiastici de musica sacra potissimum. 3 vol. Typis San Blas. 1784. 4.
- Monumenta veteris liturgiæ Alemanniæ. 4 partes. San Blasii 1777—79. 4.
- Historia nigræ silvæ, Ordinis S. Benedicti coloniæ. 3 voll. S. Blasii 1783—1788. 4.

- Germania*. Vierteljahrsschrift für deutsche Alterthumskunde. Begründet v. F. Pfeiffer. Fortges. v. Bartsch u. O. Behaghel. 37 Bde. 1856—92. Stuttgart u. Wien.
- Der Geschichtsfreund*. Mitteilungen des historischen Vereins der 5 Orte Luzern, Uri, Schwyz, Unterwalden und Zug. Einsiedeln 1843 seqq.
- Glossen*, die althochdeutschen, ges. u. bearb. v. E. Steinmeyer u. Ed. Sievers. 4 Bde. Berl. 1879—1898.
- Glossariorum lat. corpus* a G. Løwe inchoatum auspiciis Societatis litter. reg. Saxonicae comp., rec., ed. G. Goetzius. Vol. I—III. Lips. 1888—92.
- Goldasti ab Haiminsfeld* rerum Alamannicarum scriptores. Edit. tertia cur. Senckenberg. Francof. et Lips. 1730. Fol.
- Gottlieb*, Th. Ueber mittelalterliche Bibliotheken. Leipzig. 1890.
- Gottwald*, P. Bened. Catalogus codicum manu scriptorum qui asservantur in bibliotheca monasterii O. S. B. Engelbergensis in Helvetia. 1891.
- Graff*, E. G. Diutiska; Denkmäler deutscher Sprache u. Litteratur aus alten Handschr. 3 Bde. Stuttg. 1826—29.
- Hænel*, Dr. Gust. Catalogi librorum manuscriptorum qui in bibliothecis Galliae, Helvetiae, Belgii, Britanniae M. Hispaniae, Lusitaniae asservantur, nunc primum editi. Lipsiae 1830. 4.  
De codicibus Einsidensibus tractatur col. 660—664, 742. Denuo idem recusum apud *Quatin*, Dictionnaire des Manuscrits. 2 vol. Paris, Migne 1853.
- Hagen*, Herm. Catalogus codicum Bernensium (Bibliotheca Bongarsiana) Bern. 1875.  
— Carmina mediæ ævi max. partem inedita ex bibliothecis helvet. coll. Bern. 1877.  
— Antike u. mittelalterl. Rätselpoesie. Neue Ausg. Bern. 1877.  
— *Anecdota Helvetica*. Lipsiae 1870. (Supplementum Keilii grammaticorum latin.)
- Hain*, Lud. Repertorium Bibliographicum in quo libri omnes ab arte typographica inventa usque ad annum MD typis expressi ordine alphabetico. Stuttgartiae 1826—38. 4 tomi.
- Haller*, G. E. v. Bibliothek d. Schweizer-Geschichte u. aller Teile, so dahin Bezug haben. 7 tomi. Bern. 1785—88.
- Halm*, K., Verzeichn. d. älteren Handschr. latein. Kirchenväter in d. Bibl. d. Schweiz. Wien 1865. (Sitzgsber. d. k. k. Akad. 50.)
- Hartel*, Bibliotheca patrum lat. Hispaniensis, 6 Thle. Wien, Akad., 1886.
- Hartmann*, Chr. Annales Heremi Deiparæ matris monasterii in Helvetia Ordinis S. Benedicti antiquitate, religione, frequentia, miraculis toto orbe celeberrimi. Fribg. Brig. 1612. Fol.

- Heinemann, O. v.*, Die Handschriften d. hrzogl. Bibliothek zu Wolfenbüttel beschrieben. 7 Bde. Wolfenb. 1884—98.
- Histoire littéraire de la France*, par des religieux bénédictins de la Congrégation de St.-Maur. 31 vol. Paris. 1733—1893.
- Jacobs, F. u. F. A. Ukert*, Beiträge zur ältern Litteratur oder Merkwürdigkeiten der Herzog. öffentl. Bibliothek zu Gotha. 3 Bde. Leipzig 1835—43.
- Jaffé, Ph.* Bibliotheca rerum Germanicarum. 6 vol. Berol. 1864—73.
- et *W. Wattenbach*, ecclesiae metropolitanae Coloniensis codices manuscripti. 4. Berolini 1874.
- Jahrbuch für Schweizerische Geschichte*. Herausg. auf Veranstaltung der allgemeinen geschichtsforschenden Gesellschaft der Schweiz. Zürich. 1876 seqq.
- Jahresbericht* über die Erziehungsanstalt d. Benediktiner-Stiftes Maria-Einsiedeln im Studienjahre 1855 seqq. Mit e. Programm.
- Julian, John*. Dictionary of hymnology. London 1892. 4.
- Katalog der Bürgerbibliothek in Luzern*. Ib. 1840.
- Keil, H.* Grammatici latini. 7 vol. Acc. suppl.: Anecdota Helvetica ed. Hagen. Lipsiæ. 1857—1880.
- Kirchenlexikon* (Wetzer & Welte's), od. Encyclopädie d. kathol. Theologie und ihrer Hilfswissenschaften. 2. A., von Dr. Fr. Kaulen. Freiburg i. B. 1882 seqq. 10 Bde.
- Kuhn, P. Albert*. Der jetzige Stiftsbau Maria-Einsiedeln. Einsiedeln 1883.
- Kühne, P. Benno*. P. Gall Morel. Ein Mönchsleben a. d. XIX. Jahrh. Einsiedeln 1875.
- Landolt, J.* Ursprung und erste Gestaltung des Stiftes Maria-Einsiedeln. Einsiedeln 1845.
- Die Christianisierung d. Linth- und Limmatgebietes. Luz. 1867.
- Leben und Wirken* d. hl. Meinrad für seine Zeit und die Nachwelt. Eins. 1861.
- Leu, H. J.* Allg. Helvetisches, Eydgenössisches od. Schweitzer. Lexicon. 20 Bde. Zürich 1747—66. 4. Supplement von Holzhalb 6 Bde. Zug 1786—1795.
- Liliencron, R. v.* Die historischen Volkslieder der Deutschen vom 13—16. Jahrh., 4 Bde. u. Nachtrag. Lpz. 1865—69.
- Lütolf, Al.* Die Glaubensboten der Schweiz vor St. Gallus. Forschungen u. Quellen zur Kirchengeschichte d. Schweiz. Luz. 1871.
- Maassen, Friedr.* Bibliotheca latina juris canonici manuscripta. 1. Thl. Die Canonensammlgn. vor Pseudoisidor. Sitzgsber. d. kais. Akad. Bd. 56. Wien 1867.
- Mabillon, J.*, ord. S. Bened., Vetera analecta s. collectio vet. operum, cum itinere germ. Nova edit. Paris. 1723. Fol.

- Mabillon, J.*, Annales Ordinis S. Benedicti in quibus non modo res monasticæ sed etiam ecclesiasticæ historiæ non minima pars continetur. Lucæ 1740. 6 vol. Fol.
- *Museum Italicum seu collectio veterum Scriptorum ex Bibliothecis Italicis.* Lutetiæ Paris. 1724. 2 vol. 4.
- *Acta Sanctorum ordinis S. Benedicti in sæculorum classes distributa.* Colleg. L. D'Achery et cum eo edid. J. Mabillon. Sæc. I—V. in 7 voll. Lutet. Paris. 1668—85. Fol.
- *Iter germanicum.* ed. Jo. Alb. Fabricii. Hamburgi 1717.
- Mai, Aug. S. R. Em. Card. Patrum nova Bibliotheca.* Romæ 1854. 7 vol. 4.
- Marzohl, J. u. J. Schneller,* Liturgia sacra, oder d. Gebräuche u. Altertümer d. kathol. Kirche samt ihrer hohen Bedeutung. Lucern. 1834—43. 5 Bde.
- Meier, P. G.,* Heinrich v. Ligerz, Bibliothekar von Einsiedeln im 14. Jahrh. Leipz. 1896.
- Meyer v. Knonau, Gerold.* Kanton Schwyz. (Gemälde d. Schweiz V.) St. Gallen u. Bern 1835.  
P. 254—255 de bibl. Einsidlensi.
- Migne,* Patrologiæ cursus completus. Patrologie grecque comprenant les pères, docteurs et écrivains de l'église grecque depuis les temps apostoliques jusqu'au delà du concile de Florence. Texte grec et traduction latine. 161 vol. Paris 1857—86. 4.
- Patrologiæ latinæ cursus completus s. bibliotheca Patrum latinor. ab ævo apost. adusque Innocentii III. tempora. 221 voll. Paris 1844—55. 4.  
S. Augustini opera quæ sunt Patrologiæ latinæ voll. 32—47 ita indicantur ut T. I significet vol. 32 patrol. etc.
- Mitteilungen der antiquarischen Gesellschaft in Zürich.* Zürich. 1841 seqq. 4.
- Mitteilungen zur vaterländ. Geschichte.* Herausg. vom histor. Verein in St. Gallen. St. Gallen 1862 seqq.
- Mombritius, Bon.,* Sanctuarium seu vitæ sanctorum. 2 voll. s. l. e. a. (Mediolani c. 1479. Hain 11,544.) Fol.  
Opus rarissimum ad manus non habui.
- Mone, F. J.* Schauspiele d. Mittelalters. Aus Handschriften herausgegeben u. erklärt. 2 Bde. Karlsr. 1846. Neue Ausgabe, Mannheim 1852.
- *Quellensammlung der badischen Landesgeschichte.* Bd. I—IV, Lfrg. 1. 4. Karlsruhe. 1848—67.
- *Latein. Hymnen des Mittelalters,* a. Handschr. herausg. u. erklärt. Frbg. 1853—55. 3 Bde.
- Monumenta Germaniæ historica* inde ab anno 500 usque ad annum 1500 ed. G. H. Pertz. Hannov. 1826 seqq. Fol. et 4.

- Morel, P. Gall.* Geschichtliches über d. Schule in Einsiedeln. ib. 1855.  
(Jahresbericht über d. Erziehungsanstalt.)
- Mechthild v. Magdeburg, Offenbarungen od. d. fliessende Licht der Gottheit, aus der einzigen Hdschr. d. Stiftes Einsiedeln hsg. Regsb. 1859.
- Lateinische Hymnen des Mittelalters. Einsied. 1866—68.
- Einsiedler-Handschriften der Lateinischen Kirchenväter bis zum IX. Jahrhundert. Supplement zu K. Halm: Verz. der ältern lat. K. V. in den Bibl. d. Schweiz. Wien 1867. (Aus d. Jännerhefte d. Jahrg. 1867 d. Sitzungsber. d. philos.-hist. Classe d. kais. Akad. d. Wissensch. LV. B. S. 243—261.)
- Die Regesten d. Benediktiner-Abtei Einsiedeln. Chur 1848. 4.
- v. Müllinen, E. F.* Helvetia sacra, od. Reihenfolge der kirchl. Obern u. Oberinnen in den schweiz. Bistümern, Collegiatstiften u. Klöstern. 2 Bde. Bern 1858—61. Fol.
- Prodrômus einer schweizerischen Historiographie. Bern 1874.
- Muratori, L. A.* Rerum Italicarum Scriptores ab a. D ad MD. 25 tom. Mediol. 1723—51. — Tartini, J. M. Rerum italicarum scriptores ab a. M ad MDC. 2 vol. Florent. 1748—70. — Mitarelli, J. B. Ad scriptores rer. ital. Muratorii accessiones hist. Faventinae. Venet. 1771. Fol.
- Mussafia, A.* Studien zu den mittelalterlichen Marienlegenden. 4 Thle. Wien. Akad. 1886—91.
- Naumann, A. G. R.* Serapeum, Zeitschrift für Bibliothekwissenschaft, Handschriftenkunde u. ältere Litteratur. 31 Jahrg. Lpz. 1840-70.
- Catalogus librorum manuscript., qui in Bibliotheca Senatoria civit. Lipsiensis asservantur. Cum 15. tab. lith. Lipsiæ 1838. 4.
- Calmet, Aug.* Ord. s. Ben. Abb. Senon. Diarium Helveticum. Einsiedlæ 1756.
- Canisii, H., Noviomagi.* Antiquæ lectionis tomi sex in quibus antiqua monumenta ad historiam mediæ ætatis illustrandam nunquam edita notis illustrantur, etc. Ingolstadii, 1601—1604, 6 vol. 4.
- Neugart, T.* Codex diplomaticus Allemanniæ et Burgundiæ transjuranae intra fines diœcesis Constantiensis 2 voll. St. Blas. 1795—96. 4.
- Episcopatus Constantiensis Alemannicus sub Metropoli Moguntina chronol. et diplomat. illustr. 2 voll. S. Blasii et Friburg. 1803—62. 4.
- Notices et extraits des manuscrits de la Bibliothèque nationale.* Paris 1787 seqq. 4.
- Omont, H.* Catalogue des manuscrits grecs des bibliothèques de la Suisse. Leipzig. Centr. f. Biblw. 3 (1886.) 385.
- Petzholdt, J.* Anzeiger für Bibliographie u. Bibliothekswissenschaft. 1840-55. — Neuer Anzeiger 1856—86. Dresd. u. Stuttg. 1840—86.



- Pezius, Bern. O. S. B.* Thesaurus anecdotorum novissimus, s. vet. monumentor., præcipue ecclesiast. collect. 6 Tom. à 3 part. Aug. V. et Græcii 1721—1729. Fol.
- Pfeiffer, Franz.* Deutsche Mystiker des 14. Jahrhunderts. 2 Bde. Lpzg. 1845—57.
- Pilger, der,* ein Sonntagsblatt. Einsid. 1842—9. 4.
- Potthast, Aug.* Bibliotheca histor. medii ævi. 2 vol. Ed. 2. Berlin 1896.
- Quellen zur Schweizergeschichte.* Herausgegeben von der Allgemeinen Geschichtsforschenden Gesellschaft der Schweiz. Basel 1877 seqq.
- Rahn, J. Rud.* Geschichte der bildenden Künste in der Schweiz bis zum Schlusse d. Mittelalters. Zürich 1876.
- Das Psalterium Aureum von St. Gallen. Beitrag zur Geschichte der Karoling. Miniaturmalerei. St. Gallen 1878. Fol.
- Regesta pontificum Rom. ab condita ecclesia ad a. 1198,* ed. Ph. Jaffé. Ed. 2. S. Löwenfeld, Kaltenbrunner et Ewald. 2 voll. 4. Lps. 1885—88.
- inde ab a. post Chr. n. 1198 ad a. 1304, ed. A. Potthast. 2 voll. 4. Brl. 1874—75.
- Régnier, Jos.* Chronique d'Einsidlen. Paris 1837.
- Revelationes Gertrudianæ ac Mechtildianæ.* Opus ad codicum fidem nunc primum integre editum Solesmense O. S. B. Monachorum cura et opera. 2 vol. Pictavii, Paris. 1875—77.
- Ringholz, P. O.* Des Benedictinerstiftes Einsiedeln Thätigkeit f. d. Reform dtschr. Klöster vor dem Abte Wilhelm v. Hirschau. Freib. 1886.
- Wallfahrtsgeschichte Unserer Lieben Frau von Einsiedeln. Freib. 1896.
- Rohault de Fleury.* La Messe. 8 vol. Paris 1883—94. 4.
- Les Saints de la Messe. 5 vol. Paris. 1894 seqq. 4.
- Rose, Valent.* Verzeichnis d. lat. Handschr. d. königl. Biblioth. zu Berlin. Ib. 1893. 4. (Handschr. Verz. d. k. Bibl. Bd. 12.)
- Rossi, de G. B.* Inscriptiones christianæ urbis Romæ septimo sæculo antiquiores. T. I et II. Romæ 1857—1889. Fol.
- Ruinart, P. Theod.* Acta Martyrum. Editio recusa. Ratisbonæ 1858.
- Schenkl, H.,* Bibliotheca patrum latinorum Britannica. 3 Thle. Wien, 1890—91.
- Scherrer, G.,* Verzeichnis der Manuscripte und Incunabeln der Vadianischen Bibliothek in St. Gallen. St. Gall. 1864.
- Verzeichniss der Handschriften der Stiftsbibliothek v. St. Gallen. Halle 1875.
- Schmid, P. Hugo,* Catalogus codd. MSC. monast. Cremifanensis. T. I. Fasc. 1—3. Lentii 1877 seqq.

- Schubiger, P. Ans.*, Die Sängerschule St. Gallens vom 8. bis 12. Jahrhundert. Einsiedeln. 1858.
- Die Pflege des Kirchengesanges und der Kirchenmusik in der deutschen kathol. Schweiz. Einsiedeln. (1873.)
- *Musikalische Spicilegien.* (Publikation älterer praktischer u. theoret. Musikwerke Bd. 5.) Berlin 1876.
- Heinrich III. v. Brandis, Abt zu Einsiedeln u. Bischof z. Constanz u. s. Zeit. Freib. 1879.
- Schweizerblätter*, kathol. für Wissenschaft und Kunst. Schwyz u. Luzern. 1859 seqq.
- Sinner, J. R.* Catalogus codicum mss. bibliothecæ bernensis. Annotationibus criticis illustratus. 3 vol. Bernæ 1760—72.
- v. Sinner, Ludw.* Bibliographie d. Schweizergeschichte oder Verzeichnis der seit 1786 bis 1851 über die Geschichte d. Schweiz erschienenen Bücher. Bern 1851.
- Rapport adressé à M. le Ministre de l'instruction publique sur un voyage historique et littéraire dans quelques cantons de la Suisse. (Paris 1846.)
- Sitzungsberichte* d. philos.-philol. u. histor. Classe d. k. b. Akademie d. Wissenschaften zu München. 1861 seqq. München.
- der kais. Akad. d. Wissensch. in Wien. Philos.-histor. Classe. Bd. 1 etc. Wien 1848 seqq.
- Steinmeyer E. u. Sievers.* Althochd. Glossen. v. supra Glossen.
- Studien u. Mitteilungen* aus dem Benedictiner- u. Cistercienser-Orden, herausg. v. Kinter. Brünn 1880 seqq.
- Surius*, *Historiæ seu Vitæ Sanctorum.* Coloniae Agripp. 1576—81. 6 vol. Fol.
- Tabulæ codd. mss. præter græcos et orientales* in Bibliotheca Palatina Vindobonensi asservatorum. Ed. Academia Cæs. Vindobon. 1864—93.
- Teuffel, W. S.* Geschichte der römischen Litteratur. 5. Aufl. v. Ludw. Schwabe. Lpz. 1890. 2 vol.
- Usener, Herm.* Anecdota Holderi. Bonn. 1877.
- Zeitschrift* für deutsches Alterthum. Hrsg. v. M. Haupt. etc. Berlin. 1841 seqq.
- f. die Geschichte d. Oberrheins, hrsg. v. Mone. etc. Karlsr. 1850 seqq.
- Ziegelbauer, M.* *Historia rei literariæ ordinis S. Aenedicti.* Recens., auxit O. Legipontius O. S. Ben. 4 tom. Aug. Vind. et Herbipoli. 1754. Fol.



## I. S. BIBLIA.

### 1 (Folio Regali duplici Num. 148) **Biblia.**

8.<sup>1</sup>XI vel XII. Membr. 480 × 375. — 484 folia non signata. Quaterniones signantur I—LX. — Codex omnium maximus. Folia 2. 5. 8 scripta sunt manu sæc. XIV. In fine librorum Moysis, Josue et Iudicum variæ figuræ hominum, nativitas Christi et alia delineantur. Singulis evangeliiis præmittitur in pagina integra imago evangelistæ sub arcu sedentis, satis rude depicta. Litteræ initiales sæpissime colore rubeo viridi et cæruleo ornantur. H. de Ligerzia in tegumento anteriore et folio primo indicem librorum adscripsit et hinc inde manuculas. Cf. H. v. Ligerz, Bibliothekar v. Einsiedeln im 14. Jahrh. v. P. G. Meier, Leipz. 1896. p. 14. 16. 36. 42.

F. 1' vacat. F. 2—4': «Incipit epistola S. Ieronymi presbiteri ad Paulinum de omnibus divine historie libris. Frater Ambrosius tua mihi . . . esse moriturum. Explicit.»

F. 4'—5: «Item prologus Hieronymi presbiteri in Pentateuchum. Desiderii mei . . . transferre sermonem. Explicit prologus. Incipit Liber Genesis. In principio . . .»

Novum Testamentum præcedunt *Canones Evangeliorum Eusebii* sub arcubus eleganter depictis, editi Migne, P. 1. 29, 531—542.

Evangelium Johannis sequitur *Capitulare evangeliorum de anni circulo*, dein *Lectiones evangelii de diversis causis*: Pro ubertate pluvie etc., *capitula actuum apostolorum, epistolæ Iacobi, S. Petri, Iohannis, Iudæ, Pauli et Apocalypsis.*

Prologi et argumenta librorum sacrorum typis edita sunt in multis s. scripturæ editionibus sæculi XV et alibi.

*Capitulare evangeliorum* in plurimis evangeliorum libris invenitur et aliquoties in lucem editum est. Cf. Corssen, Die Trierer Adahandschrift. Leipz. 1889. p. 41. — S. Berger, Histoire de la Vulgate. Paris 1893. 285—286.

Cf. Gerbert, Iter alemannicum (1765) p. 192; ed. 2<sup>a</sup> (1773) p. 204. — Morel, Eins. Handschr. d. l. K. V. 254. — R. Rahn, Geschichte der bild. Künste in d. Schweiz 304—5; 307. — S. Berger, l. c. 132. 332. 363. 382.

### 2 (Fol. Nr. 113) **Biblia.**

S. XV. (1420) Membr. 355 × 250. 706 pag. Binæ columnæ. Quinterniones signantur I—XXXII. Sæpe etiam folia quinternionum signantur 1—5 vel I—V. — Tabulæ ligneæ corio rubeo obductæ, clavis et umbilicis ornatæ.

Initia librorum ornantur litteris initialibus eleganter depictis.

P. 1—640: (*Biblia latina vulgata cum prologis S. Hieronymi.*) «*Incipiunt prologi S. Ieronimi in Pentateuchum Moysi legislatoris.* Frater Ambrosius tua mihi . . . omnibus vobis. Amen. Finito libro sit laus et gloria Christo. A. de B. Finitus est liber Bibliothecæ in die sancti

Cat. codd. Eins.

Wenceslai. Anno domini Millesimo Quadringentesimo XX<sup>o</sup>. Et eodem anno Rex ungarie circumalawerat Pragam in Centenis millibus equitum exceptis peditibus vbi deus manifeste dominico die post Margarete in monte qui cognominatur Witkow eius multitudinem con[servabat] per suos fideles minimos in eum sperantes.»

Evangelia sequuntur epistolæ S. Pauli, quas excipiunt actus Apostolorum, epistolæ canonicæ etc.

Cf. S. Berger, Notice sur quelques textes latins inédits de l'ancien Testament. (Notices et Extraits 34,2.) 127—129.

P. 517, 532—533, 542—543 *argumenta in Matthæum, Marcum et Lucam*: «Matheus ex Iudea sicut . . . non tacere.» «Marcus evangelista dei electus . . . prestat deus est.» «Lucas Syrus natione Antiocensis arte medicus . . . fastidientibus prodesse.» Reedita ex Maii collect. nova T. IX apud Migne, P. I. 103, 273—274; 279—280; 285—286. — Argumentum in Lucam et in codice Berolinensi 12 (Rose p. 13.) etiam editum inter opera S. Hieronymi ed. Migne 30, 643—644.

P. 607 prologus in actus Apostolorum: «Lucas Antiocensis natione sirus cuius laus . . . proficeret medicinam» ut in codice **176**, 103.

P. 641—694: [*Interpretatio nominum hebraicorum.*] «Aaz, apprehendens vel . . . Zuzim consiliantes eos vel consiliatores eorum. *Expliciant Interpretationes.*»

Edit. inter opera Bedæ. Edit. Colon. 1612. 3, 371—480. Idem infra **26**, 296' et **365**, 127 et sæpe in codicibus. Sunt qui attribuant Remigio Autissiodorensi. — Cf. Fabritius, *Bibl. lat.* 3, 369. — *Hist. littér.* 6, 114. — Mearne in *Catalogo Oxoniensi Digbeiano Pars. 9.* Oxonii 1883 p. 147, nr. 149, 2.

P. 695—703: «*Incipit registrum super Epistolas et ewangelia per circulum anni. Dominica prima in Adventu . . . vivet in eternum.* Joh. VI.»

P. 704—705: [*Canon Missæ cum aliis orationibus usque in finem Missæ. Differunt aliquantum a modernis. Præfatio communis, item de s. spiritu, de trinitate.*]

P. 706. [*Missæ de sancto spiritu, de sancta trinitate, de corpore Christi.*]

Pars ultima folii excisa et denuo resarcinata.

P. 138 in margine manu coæva additur in librum I. Regum cap. II. 3: *canticum Annæ*: „*Alia translatio.* Nolite gloriari scribe . . . cornu Christi sui.“ Edidit ex hoc codice Sam. Berger. l. c. 128. Cf. ib. p. 127: „La décoration en est absolument bohème. On y admire de ravissantes initiales ton sur ton, de couleurs rose, vert tendre et lilas clair, dans lesquelles nous reconnaissons l'art des peintres de la Bohème.“

In latere interiore tegumenti antichi legimus: „*Illustris et generosus comes dominus Henricus a Lupffen dono dedit hæc præclaræ et venerandæ antiquitatis sacra Biblia anno Dni conscripta 1420, scilicet ex primario suo castro Hëwen, Wolfgango Kellero Engentino, tunc temporis ecclesiæ in Engen Catholico Presbytero et concionatori, ipsa die coenæ Domini quæ erat 12 Aprilis anno nostræ salutis 1571.*“

**3 (Fol. Nr. 133) Biblia I.**

S. XV. Chart. 310 × 210. 762 paginæ (recte 764, quia 358 omittitur, 714, 715, 716 bis numerantur.) Primum et ultimum folium vacuum non numeratur. Inter p. 226 et 227 folium minus insitum est. Binæ columnæ. Sexterni non signantur. — Tabulæ lignæ corio fusco obductæ.

Litteræ initiales depictæ frequentes sed rudes.

Continet hic tomus libros historicos veteris testamenti cum præfationibus S. Hieronymi.

In operculo posteriore manu S. XV sex versus de S. Anna: „Anna solet dici . . . aquilamque Johannem.“ Iidem versus sæpissime in codicibus inveniuntur v. gr. Engelbergensibus 102, 128, 319. In cod. Metensi 620. Ed. Cat. génér. des MSS . . . des Dépts. V. p. CXXXI. — Katholik. 3 Folge 7. Mainz 1893 I. p. 15.

**4 (Fol. Nr. 134) Biblia II.**

S. XV. Charta 310 × 210. 806 paginæ, recte 749 quia 435—492 et 525 omisæ, 225 bis numeratur. In summitate paginarum supersunt vestigia numerorum paginarum singulorum sexternionum. Quoad cætera codex iste per omnia similis præcedenti, cuius est continuatio. Continet primum libros novi testamenti, dein veteris illos qui desunt in Nr. **3** excepto psalterio.

In operculis fragmentum diplomatis germanici Sculteti Tuttlingensis de anno 1441.

**5 (Fol. Nr. 157) S. Bibliæ vol. I.**

S. X. Membr. 284 × 195. 612 paginæ (recte 614 quia 221 ter numeratur.) Quaterniones signantur A—Z et dein I—XV.

H. de Ligertia sæpe manuculas et voculas adpinxit.

Præsens liber cum duobus sequentibus totam bibliam complectitur. Numeri I—VIII in margine hinc inde appositi indicant eorum usum pro lectionibus matutinis in choro sicut et in codicibus **41**, **42**, **256** et **257** qui fere eiusdem ætatis et formæ omnes simul completum librum officii ecclesiastici constituebant.

P. 2—612: „*Incipit prologus Hieronimi presbiteri in Pentateuchum.* Desiderii mei . . . prophetarum misit angelum.“ Ordo librorum est: Libri Moysis, Josue, Judicum, Ruth, Jeremias, actus apostolorum, epistulæ catholicæ, apocalypsis, quæ desinit abrupte cap. 22, 6, ultimo folio deficiente.

P. 1 vestigia veteris rubricæ de legendis libris s. scripturæ: „In primis in Septuagesima . . . ante Pentecosten.“

Manu P. Michaëlis Dossenbach: „Sub Jnitia Sæculi X. Ex opinione Doctissimi ac Clarissimi D. Professoris Schœpflin Argentaniensis.“

Cf. Berger, Hist. de la vulgate 132—133, 338, 382. — Bäumer, Geschichte des Breviers, Freibg. i. B. 1895, p. 333. 336.

**6 (Fol. Nr. 158) S. Bibliæ vol. II.**

S. X. membr. 284 × 190. 524 pp. Hinc inde vestigia paginationis antiquioris inveniuntur. Quaterniones signantur A—Z et I—VI.

Præcedenti volumini per omnia similis.

P. 1. (manu s. X *rubrica de lectionibus*): «In dominica prima mensis Novembris ponunt . . . in septuagesimam.»

P. 2—524: «*Incipit prologus in Ezechielem prophetam. Ezechiel propheta cum Joachim . . . in bonum. Amen. Explicit liber Esdrae et Neemiae.*»

Ordo librorum: Ezechiel, Daniel, XII prophetæ, Isaias, epistolæ Pauli, paralipomenon, Esdras.

### 7 (4 Nr. 50) **Bibliæ vol. III.**

S. X. Membr. 247 × 180. 305 folia (recte 313 quia 213 omittitur, 36, 51, 52, 91, 92, 114, 165, 273, 303 bis numerantur.) Hinc inde vestigia paginationis antiquioris apparent. Quaterniones, quarum prima deest, notantur b—z, I—XVI.

H. de Ligertia hinc inde manculas apposuit.

Etsi forma exterior codicis non bene congruat præcedentibus, tamen scriptura plane convenit.

F. 1—305': «norum quinque anos aureos facietis . . . et canticis admouebant.» Desinit abrupte, ultimo folio exciso. Incipit 1 Reg. 6, 5 et desinit 2 Machabæorum 15, 25.

Iste est ordo librorum: regum, proverbia, ecclesiastes, canticum canticorum, sapientiæ, ecclesiasticus, Job, Tobix, Judith, Esther, Machabæorum.

Distinctio capitum sæpe differt a vulgata.

Cf. Borger l. c. 13—133. 338. 382.

### 8 (Fol. Nr. 114) **Lectionarius. Vol. I.**

S. XII. et XV. Membr. 345 × 253. XII pagine et 241 folia. Quaternionum nulla vestigia. Plures litteræ initiales eleganter delineatæ sunt. Neque libri s. scripturæ neque homilia SS. patrum neque vitæ sanctorum hic integræ exhibentur, sed tantum eorum fragmenta, qualia in choro legi solita. Quare non operæ pretium duxi circa auctores etc. accuratius investigare præsertim cum fere eadem in codicibus 41, 42 et 83 inveniuntur. — In marginibus notantur dies et numeri lectionum.

P. 1—XII (manu S. XV.) *Kalendarium* in quo notanda 11 Febr. et 8 Apr. abbates Werandus et Hermannus. 7 Jan. Dedicatio ad S. Mariam Magdalenam. 7 Junii Dedicatio ecclesiæ S. Meginradi. 12 Aug. Dedicatio capellæ S. Joh. Bapt. et Oswaldi. 13 Oct. item huius ecclesiæ. 1 Oct. Translatio S. Adalrici]. 6 Oct. Relatio S. Meginradi.

F. 1—241: *Lectionarium* initio et fine mutilum. F. 1—223 S. XII, cetera manu S. XV.

Incipit abrupte f. 1—2: «[sapienti]or es tu Daniele . . . et scient quia ego dominus.» Ex Ezechiele propheta 28,3—29,16.

F. 2—21' *Liber Esaiæ prophetæ*. F. 21—52' *Epistolæ ad Romanos, ad Corinthios I et II, ad Galatas*. F. 52'—88' *Libri Geneseos et Exodi*. F. 88—99 *Jeremias*, 100—116 *Actus apostolorum*. F. 116 *In vigilia S. Andreae apostoli*.

Hæc tantummodo videntur esse alicuius momenti: F. 117—118: «*Passio S. Andreae apostoli. Passionem s. Andreae quam oculis nostris . . . homines perdiderant reparauit.*»

F. 119—120: «*Incipit vita S. Nicolai. Nicolaus itaque ex illustri . . . gratiæ dei tribuit.*»

F. 120—121': «*Incipit passio S. Luciae virginis. Cum per uniuersam prouinciam Siciliam . . . mei unquam suscepi.*» Idem ex codice Trencensi edidit Aug. Beaugrand, *St<sup>e</sup> Lucie vierge et martyre. Paris 1882. Annexes p. LXI—LXIII. Cf. ib. p. CIX—CX. — Idem Surius, De prob. SS. vitis 13 Dec. p. 217.*

F. 127—128: «*Passio S. Thomae apostoli. Cum apostolus Thomas . . . autem conuiuæ stupuerunt.*»

F. 138—139: «*De S. Johanne. In illo tempore quo sancti apostoli . . . latronum manu occupat.*»

F. 143—144': «*Incipit vita S. Siluestri papae. Siluester igitur urbis . . .*»

Ut in cod. **249**, 1 ter.

F. 160'—161': «*In natali S. Herhardi episcopi. Sermo in natali unius pontificis . . .*»

F. 164—165': «*Incipit passio S. Sebastiani martiris. Sebastianus uir christianissimus. . . . suum amorem induxit.*»

Ut **249**, 300.

F. 166: «*In natali S. Meginradi martiris. Sermo B. Maximi episcopi in natali unius martiris.*»

F. 168—169': «*Passio S. Vincentii martiris. Probabile satis est . . . ipse puniariis.*»

Ut **249**, 392.

F. 172—172': «*Passio S. Agnetis virginis. Seruus Christi Ambrosius uirginibus sacris. Diem festum . . . blandientem animo deridebat.*»

Ut **249**, 363; **256**, 145.

F. 174—175': «*Sermo B. Augustini in purificatione S. Mariae. Exultent uirgines uirgo peperit . . . saluare Jesus Christus . . .*»

Ineditus (?) ut **42**, 161—164, sed non verbatim.

F. 175'—176: «*Sermo B. Ambrosii episcopi. Et ecce homo erat . . . numerum designare.*»

Ut **42**, 162—163. non tamen ad verbum.

F. 177—178': «*Passio s. Agathae virg. Agathes quæ passa . . . uita eorum.*»

Ut **256**, 162.

F. 185'—187: «*Vita S. Gregorii papae. [auctore Joanne diacono.] Gregorius genere romanus . . . aut dictaret.*» ed. Bolland. Acta SS. 12 Martii 2, 138—139. Nr. 1—9.

F. 187—188': *Vita S. Benedicti* [auctore Gregorio].

F. 216—217': «*Passio S. Marci evangelistae. Per idem tempus quo . . . et laudibus dominum.*»

F. 220—221: «*In inventione S. Crucis. Post resurrectionem domini . . . mihi ne commouear.*»

Ut **41**, 63—64 et **83**, 201'.

F. 222—224: «*Sermo in dedicatione ecclesiae. Recte festa ecclesiae colunt . . . facie ad faciem.*»

Ut **42**, 264—265. Maximi Taurinensis in append. Ser. 19. ed. Migne 57, 83—85. — Augustini sermo 231 in Append. Ed. Migne 5, 2171—2172.

F. 224—241 manu S. XV.

F. 224—226 iterum *vita S. Gregorii* fere ut f. 185'. F. 226 *vita S. Benedicti* ut supra 187.

F. 228—229: «*Incipit hystoria de visitacione beate Marie virginis. (Q)uamquam fratres karissimi huius diei . . . totis precordiis exulto.*»

F. 229—233': «*Omelia beati Ambrosii. (M)orale est omnibus . . . pariendi tempus impleretur.*»

Ut **41**, 248—250'.

F. 233'—235': «*In die presentacionis Marie. (E)o tempore quo beata Anna . . . deum inuenit gratiam.*»

Historia apocrypha de infantia salvatoris.

F. 236'—238: «*Incipit historia de corpore Christi. Lectio prima. (S)i dominum in sanctis eius . . . se in cibum. Tu autem.*»

F. 238—239: «*Omelia beati Augustini episcopi. . . . (C)um enim cibo et potu . . . viuet in eternum.*»

Tractatus 26 in Joannem. c. VI. nr. 17—19. Ed. Migne, 3, 500—501.

Desinit abrupte.

F. 96—99 lamentationes Jeremiæ neumatibus signantur.

Cf. Morel, Eins. Handschr. d. I. K. V. 246, 249, 259. — Bäumer, Katholik 3. Folge 2 Mainz 1890 II. 512.

In operculo posteriore fragmentum diplomatis germanici S. XV.

## 9 (Fol. Nr. 112) **Lectionarius. Vol. II.**

S. XII. Membr. 322 × 256. 221 folia, immo 222 quia 194 bis numeratur. Quoad cætera per omnia similis præcedenti volumini, cuius est continuatio. Mancum ab initio et in fine.

F. 1—113': (*Excerpta ex S. scriptura; actus apostolorum, epistula S. Jacobi, apocalypsis, libri I—II regum, parabola Salomonis, canticum canticorum, Job, Tobias, Judith, Esther, Machabaei, Ezechiel.*)

F. 113'—139': (*Sermones de tempore a Dominica I. post ascensionem usque in adventum, fere ut 41, 88' seqq. et 83, 304'.*)

F. 139'—220. (*De sanctis. Hæc speciatim notanda sunt:*)

F. 139'—141: «*Sermo B. Gregorii papae in natali S. Barnabae apostoli. Qui locum prædicationis . . mercedem robustius tendatur.*»



Fragmentum homiliae 17 in evang. nr. 4-7. Ed. Migne, P. l. 76, 1140. C — 1142. A.

F. 141-141': «*Omelia beati Gregorii papae. Dominus et saluator noster . . . taciturnitas addicat.*»

lb. 1-3. l. c. 1139.

F. 146'-147': «*Sermo B. Johannis episcopi in festiuitate S. Pauli. Beatus Paulus qui tantam uim . . . ad ipsius uoluntatem.*»

Est *Bedae* ed. Colon. 1612 6, 831-832. Deest apud Giles.

F. 160-161.: «*De s. cruce. Tempore illo postquam Constantino . . . caput illius amputauit.*» Idem in codd. **41**, 250 et partim **83**, 346; item in codice Engelbergensi 2, 110-111. Edit. apud Mombrinium T. I.

F. 163-165: «*Passio S. Mauricii sociorumque eius. Sanctorum passionem martyrum . . . in caelis dominum deum sabaoth.*» Eucherii Nr. 2-9 ed. Acta SS. Bolland. 22. Sept. VI. 342-343. — Mon. Germ. Script. Merov. III 32-37. Cf. ib. 23.

F. 193-194': «*Incipit uita S. Viti martyris. In prouintia Lycia sub tempore . . . participem sanctorum tuorum.*»

Ut **248**, 2.

F. 194'-195: «*Passio sanctorum Johannis et Pauli. Julianus ergo Caesar . . . ad laudem dei.*»

Ut **256**, 230 uerbis paulatim mutatis.

F. 195-196: «*Passio S. Jacobi apostoli. Apostolus domini Jacobus . . . quos ei tulisti.*»

Fere ut **83**, 338' et **256**, 47.

F. 196-197': «*Passio S. Afrae martyris. Apud prouintiam Regenas in ciuitate . . . et sic ad Christum perrexerunt.*»

Ut **263**, 117-121. Differt satis ab editione inter Acta SS. 5. Aug. 2, 55. — Mon. Germ. Script. Meroving. III. 61-64. Cf. ib. §. 45.

F. 197-199: «*Passio S. Cyriaci martyris. Quodam tempore nuntiatum . . . libamina diis obtulerit.*»

Conuenit fere cum uita SS. Marcelli etc. ut habetur **295**, 103-107.

F. 199-200: «*Passio S. Bartholomei apostoli. Indiae tres esse . . . hominem uicerat suadendo.*»

Ut **256**, 81.

200'-201': «*Passio S. Pelagii martyris. Tempore Numeriani imperatoris . . . hic uir dei.*»

Ed. partim, fine dempto Acta SS. Boll. 28 Aug. VI. 161-162 E.

F. 201'-203: «*Uita Verenae uirginis. Uitam gloriosae uirginis . . . portio gregis Christi.*»

Ut **257**, 407.

F. 203-204': «*Passio sanctorum Felicis et Regulae. Tempore illo beatissimus Felix . . . hominibus bonae uoluntatis.*» Ed. Acta SS. Boll. 11. Sept. 3, 772-774.

F. 204'—206: «*Passio S. Mathei Apostoli. Quoniam deo cura est de . . . oculos nec commoueri.*»

Ut **256**, 94.

F. 206—207: «*Vita S. Hieronimi prespiteri. Ieronimus noster in oppido hystridonis . . . Constantinopolitanæ urbis epum.*» Fragmentum editionis apud Migne, P. I. 22, 175—178.

F. 207—208': «*Vita S. Leodegarii Martyris auctore Ursino. Igitur beatus Leodegarius . . . zizania discordiæ seminare.*»

Ed. Acta SS. Boll. 2. Oct. 1, 485—486 Nr. 1—7.

F. 208'—210: *Vita S. Dionisii episcopi*: «*Magnum et admirabile donum . . . conuertit ad Christum.*»

F. 210—211: [*Walahfridi*] «*Vita beati Galli confessoris. Cum præclara sanctissimi uiri . . . circumpositas nationes oportuna.*» Lib. I. cap. 1—3.

Ut **257**, 297. Edit. Thuli. p. 6—9. Migne, P. I. 114, 979—981.

F. 211—212: «*Passio S. Ianuarii Martyris. Tempore quo Carus cæsar . . . in custodiam reduci.*»

F. 212'—214: «*Passio apostolorum Symonis et Jude. Symon chaneus et Judas . . . quasi exploratores.*»

Ut **83**, 352' et **256**, 111.

F. 214—216: «*Omelia Albini de virtutibus S. Martini. Postquam dominus noster . . . sanare compertum est.*» Fragmentum.

Ut **83**, 355 et **257**, 182. Ed. Froben, 2, 159—160. — Migne, P. I. 101, 657—662.

F. 216—217': [*Walahfridi*] «*Vita B. Othmari abbatis. Igitur Othmarus genere . . . per uim contraxerunt.*»

Ut **83**, 356 et **257**, 372. Ed. Mabillon, Acta SS. III, 2, 155—157. Migne, P. I. 114, 1033—1035.

F. 217'—219: «*Passio S. Cecilie virginis. Cecilia uirgo dei . . . Ceciliam diligenter instructum.*»

Ut **83**, 356' et **257**, 284.

F. 219—220: «*Passio S. Clementis episcopi. Tertius Romanæ ecclesiæ . . . suo aperiat fontem.*»

Ut **83**, 357 et **256**, 296.

F. 220—220': «*Dominica I post natale domini. Sermo B. Fulgentii episcopi de natiuitate domini. Dilectissimi fratres . . . diuina nobis benignitate.*» Fragmentum sermonis II. 5—7. Ed. Migne, P. I. 65, 728.

F. 221 vacat. 221': Fragmentum diplomatæ germanici S. XV in quo Nüziders nominatur.

Cf. Morel, E. Handschr. d. l. K.V. 243. 246, 249. 256.

### 10 (Fol. Nr. 130) **Novum Testamentum integrum Germanicum.**

S. XV. Membr. 355 × 220. 463 paginae, recte 466 quia 57ter, 139 bis numeratur; primum folium vacuum non numeratur. Manus primæva folia I—CCLXXII numeravit de quibus excisa sunt XV, XXII, XXIV, XXXI—XXXV, XXXVII—XLIII, XLVI—XLVIII, LIII—LVI, LXV—LXVIII. LXXXII, LXXXIII, CXII, CXIII, CXVIII—CXX. CXXII, CXXV—CXXVII. CXXXV—CXLI, CLXXVIII—CLXXXIII, CLXXXVIII, CC, CCVI, CCXXIII—CCXXVII, CCXXXII, CCXL—CCXLIII. Simpliciter omissus est numerus LXXII cum ibi nulla sit lacuna textus. Binæ columnæ. Quaterniones signantur (I)—XXXVI. — Tabulæ lignæ, corio rubro obductæ et umbilicis ornatae.

P. 1—371: «*Daz ist daz buch der nēwen cristenlichen ee, alz si geschriben stet in der bibeln vnde vahet also an. Liber generacionis. Daz büchel der gepurt Jesu Christi dez sunes David . . . sei mit ew allen. Amen. Hie hat ein ende daz puch sant Johans, daz do ist geheizzen apocalipsis.*»

Pater noster ed. Kehrein, Pater noster u. Ave Maria in deutschen Uebersetzungen Frankfurt 1865. p. 40. Nr. 23. Septem epistolæ catholicæ Pauli epistulas ordine præcedunt.

P. 371—463: [*Promptuarium epistolarum et evangeliorum per annum.*] «*Hie heben sich an di episteln vnd di Ewangelia, daz ganz umbgent Iar, beid von der zeit vnd auch von den heiligen, als si noch ein ander stent in dem messbuch, geschriben; vnd ditz ist daz Registrum dorüber wie man vindet ein ieglich Episteln, vnd daz Ewangeliem vf sein zeit vnd uf sein tag.*

*Dominica prima in dem advent leccio epistole beati Pauli ad Romanos. daz XIII. capitel.* Brüder wissent wann . . . fallet ir di den herren.» Desinit abrupte.

P. 443 incipiunt *lectiones pro festis sanctorum*: «*Hie heben sich an di episteln von den heiligen über all daz iar hin aus, vf iren abent vnd uf iren tag von sant Erhart dem pischoff. Lectio epistole beati pauli . . .*»

Textus novi testamenti tantum indigitantur, veteris vero integri exhibentur. Præterea etiam variæ orationes, v. gr. feriæ VI in Parasceve adducuntur. Inter sanctos notandi p. 446: Benedictus ein abt, p. 450: Translacio S. Benedicti abbatis, p. 455: Sant Heimbrann. (S. Emmeramus.) P. 462: «*Incipit Commune sanctorum. In abent eins zwelfpoten. Lectio . . .*» Desinit in communi plurimorum martyrum. Cetera desunt.

Codice usus est anno 1897 professor Jostes Friburgi Nuithonum.

### 11 Fol. Nr. 189) **Libri Salomonis et prophetarum vf papir geschriben.**

S. XV. (1459.) 289 × 210. 288 folia, recte 289 quia 23 bis numeratur; primum quod est vacuum, non numeratur. Quaterniones non signantur. Binæ columnæ. — Tabulæ lignæ corio rubeo obductæ.

F. 1—18': [*Registrum omnium capitulorum s. bibliae.*] «Sex prohibet peccant . . . venio iam. Notandum per intellectum presentis registri quod quelibet dictio deservit uni capitulo . . . Johannes Näger plebanus in Muotental valis (!) switencium. Orate deum pro eo. Anno . . . LVIII<sup>o</sup> finita est hec tabula.»

F. 19—23: [*Concordantia 4 evangeliorum metrica.*] «Sequitur nunc registrum hystoriarum . . .»

F. 24—96'. *Parabola Salomonis, ecclesiastes, canticum canticorum, liber sapientiae, ecclesiasticus cum prologis S. Hieronymi.* Libro ecclesiastici ut Capitulum 52 additur: «*Oratio Salomonis.* Et inclinavit Salomon genua sua . . . peccaverit vir in te.»

Valde similis II Paralipomenon, 6, 13—22.

F. 93'—97': «*Incipit prefacio in librum ymnorum vel soliloquiorum.* Incipit liber ymnorum . . . portemus ymaginem celestis.»

F. 97'—98: «*Causa quare primus psalmus non est intitulatus.* Esdras autem cum . . . ad istum attendite.»

F. 98—103': «*Explicit prefacio. Incipit de sex aetatibus labentis seculi.* Non arbitror infructuosum . . . in pallatio occiditur.»

Est liber III *Honorii Augustodunensis Imaginis mundi*, ed. Migne P. I. 172, 165—187. — Cf. Pertz, *Archiv*, 8, 736.

F. 103'—107: «*Incipiunt nomina Iudicum qui fuerunt ab inicio.* Moysis pefuit annis XL. . . et Asyam obtinuit. Laus deo patri filioque et spiritui sancto. Ave Maria . . . Amen.»

F. 107' vacat.

F. 108—286: [*Prophetæ maiores et minores.*] «*Incipit prologus beati Ieronimi presbiteri super Ysayam prophetam.* Nemo cum prophetas . . . terram anathemate. Amen. Explicit liber prophetarum in die S. Oswaldi regis et martiris Anno [MCCC] LVIII<sup>o</sup> per me Johannem Näger de Lütkirch tunc temporis rectorem ecclesie in Muotental vallis Switencium Constanciensis dyocis.»

F. 286'—288' vacant.

## 12. (Fol. Nr. 183) **Aus der Bibel. Deutsch.**

S. XV. Charta 313 × 226. 134 folia, recte 136 quia 38 et 122 bis numerantur. Binæ columnæ. Sexterni antrorsum signati [1] — XI. — Tabulæ lignæ corio fusco obductæ.

F. 1—134': [*Historienbibel*] «Do gott in siner magenkrafft . . . dez helff vns der vatter vnd der sun vnd der hailig gaist. Amen.

*Hie haut die bibli ain ende  
Got uns sin gnaude sende.»*

Ed. Th. Merzdorf, *Die deutschen Historienbibeln des Mittelalters nach 40 Handschriften zum ersten mal herausgegeben.* Biblioth. des litterar. Vereins. Tübingen 1870. T. 100—101 p. 107—575. — Huius codicis nulla ibi fit mentio.

**13. (Fol. Nr. 8) Lectiones Breviarii.**

S. XVI. Charta. Fol. 133 folia numerantur, inter quæ 56 bis. Multa folia scriptura vacant.

*Lectionarius in festa Sanctorum per anni ciclum.* Pleræque vitæ Sanctorum desumptæ sunt ex *Surio*, Breviario Romano etc. ut in margine notatur. Initium est f. 121: »In nomine benedictæ et individuæ trinitatis ad honorem totius cœlestis curiæ incipiunt lectiones per vigiliæ et festa sanctorum in choro beatissimæ virginis Mariæ loci Heremitarum usitatæ foeliciter.»

Ab initio manu P. Galli Morel: Liber scriptus a P. Joachimo Müller paroco Einsiedl. circa 1580.

**14 (Fol. Nr. 29) In epistolas Pauli.**

S. XV. Charta. Fol. 189 folia, recte 191 quia 22 et 34 bis numerantur. Inter f. 97 et 98 quinque folia evulsa sunt. Quinterni non signantur. — Tabulæ lignæ corio fusco obductæ et lineamentis ornatae. F. 1 littera initialis coloribus nitide depicta.

F. 1—183': (*Epistulæ S. Pauli cum glossa interlineari et commentario.*) «Ad Romanos. Paulus servus Jesu . . . Hec lectio scribitur in epistola . . . Christus in seculum seculi benedictus. Amen.»

F. 184—189': «*Incipit epistola Enee Silvii de Picolominibus que est de situ Tabur et de communione sub utraque specie.* Reverendo in Christo patri et colendissimo domino Johanni sacrosancte Romane ecclesie sancti Angeli dyacono cardinali domino suo precipuo Eneas Senensis episcopus S. P. D. Quamvis apud Bohemos . . . alius sit rerum status.» Desinit reliquis excisis.

Edit. inter epistulas Aenæ Silvii. Nr. 130. Norimbergæ (Koberger) 1486. Cf. Incunab. 369 L. III. — Pertz, Archiv 8, 736.

F. 183': „Iste liber est Johannis Wagenmann.“ Cf. Geschichtsfreund 3, 96. 15, 275. — In operculo posteriore: „Ille liber attinet Jeorio Wagenmann ex oppido Surse.“ In operculo anteriore variæ sententiæ Lactantii, Martialis etc.

**15 (Fol. Nr. 7) Glossæ generales in libros S. Bibliæ. Item Prisciani quædam. Item Prosperi epigrammata.**

S. X. Membr. 256 × 165. 111 folia, recte 91 quia numeri 71—90 omittuntur. Primum folium vacuum non numeratur. — Fol. 103. manu S. XII fere ut codex 116 p. 2 und 3 de anno 1143.

Henricus de Ligertia manuculas addidit. Idem prima pagina vacua versus adscripsit qui olim ad codicem 255 pertinuerunt. Cf. ib. f. 2.

I. F. 1—40. *Glossæ in bibliam.* Variæ manus. Quaternionum signa desunt.

F. 1: (*Pia precatio ante lectionem s. scripturæ.*) «*Chlose (sic!) super vetus T(estamentum.)* Praesta domine legentibus profectum . . . domino supplicemus. Explicit.»

F. 2—40': «*Incipiunt glosae veteris ac noui testamenti feliciter. Prologus idest prefacio . . . gentibus manducabat sciens.*»

II. F. 41—111. *Euticius, Priscianus, Prosper, Prudentius*. Quaterniones signati I—V. quorum primus (f. 41—48) antea codici **169** adiunctus, a P. G. Morel suo loco restitutus est. Variæ manus. F. 92—111 binæ columnæ. Inter f. 58 et 59 unum folium excisum.

F. 41': «*De duodecim lapidibus. Crisolitus. Hic cerulei coloris invenitur . . . collis et manibus aguntur.*»

F. 41'—60: (altera manu) «*Incipit ars Euticii de nerbo. Cum semper nouas questiones . . . reor esse monstratum.*» Alias *Eutyches* vocatur. Cf. Teuffel, 482. Ed. Putsch, gramm. lat. 2143—2189. — Keil, grammat. lat. V. 442—489. — Cf. Bähr III, 421. Idem in codice **265**, 97. — Glossas theotiscas p. 42'—57' ed. Steinmeyer AHD. Gl. 2, 161.

F. 60—68: «*Incipit Prisciani grammatici institutio de nomine et pronomine et verbo. Omnia nomina quibus . . . latius dissertum inuenies. Explicit.*» Cum glossis tum interlinearibus tum marginalibus. Ed. Keil, Gram. lat. 3, 444—456.

Cf. Hagen. Anecd. helv. p. LV. LX. LXI. CLXVI.

F. 68—102: (*Prosperi epigrammata*). «*Haec Augustini ex sacris . . . qui scandere regnum.*» *Incipiunt epigrammata Prosperi exametris pentametrisque digesta ex opusculis S. Augustini deflorata. Dum sacris mentem . . . perdit adepta tepem.*»

Edit. Migne P. I. 51, 497—522. Glossas theotiscas ed. Steinmeyer AHD. Gl. II, 381. — Cf. Morel, E. Handschr. d. lat. KV, 258.

F. 102 (alii 16 versus qui non extant in editis): «*Nobilis hic calamus deponit Prosper agrestem . . . Indue te hac fidei clamide sacrisque parentum.*»

Ut **302**, 115 et **149**, 47.

F. 102—103: «*Prosper ad coniugem suam. Age iam precor mearum . . . spiritus unus agat.*» Edit. ib. 611—616.

F. 103—111': «*Incipit liber psychomachiae quem composuit Aurelius Prudens Clemens de virtutibus vitiorum carmine heroico. Christe graves . . . diues sapientia regnat.*»

Ed. Migne P. I. 60, 19—90.

Finem faciunt eadem manu scriptæ variæ glossæ latinæ in Prudentium, paucae theotiscæ quas ed. Graff, Diutisca II. 311 seqq. — Steinmeyer AHD. Gl. 2, 531. — Cf. Morel, Einsiedl. Handschr. d. lat. KV, 258.

## **16. (4 Nr. 49) In epistolas S. Pauli.**

S. X. Membr. 231 × 192. 167 folia.

I. F. 1—31. *Pirmasius, Priscillianus.*

Quaterniones non signantur. — H. de Ligertia manículas apposuit.

F. 1'—4: (*Prologus. Praefatio (?) Primasii Adrumetani episcopi in epistulas Pauli.*)

«Primum intellegere nos oportet . . . cum gaudio suscepistis.»

Ed. Migne P. I. 68, 414. — Cf. Morel, F. Handschr. d. lat. K. V. 258.

F. 4—15. (*Canones Priscilliani.*) «Prologum subter adiectum siue canones qui secuntur nemo putet ab Hieronimo ordinatos sed potius a Priscilliano . . . subiectum non erit.»

Ed. G. Schepss, Corpus Script. eccles. XVIII (Vindob. 1889) 109—147.

F. 15—31. (*Argumenta epistularum S. Pauli.*) «*Capitulationes in epistolam ad Romanos. De fide eorum . . . passus est et de praepositis.*» Multae sunt lacunae quas rubricator non explevit.

F. 31' vacat.

II. F. 32—167. *Epistulae S. Pauli cum glossis.* Quaterniones signantur ab antrosum I—XV. Litterae initiales variis coloribus depictae. «Paulus seruus Christi Jesu . . . cum omnibus uobis. Amen.»

Abundant glossae interlineares, inter quas raræ germanicæ. Varia signa remittunt ad notas marginales, subtilissime scriptas. Numeri in margine innuunt canones primæ partis.

Glossas germanicas edidit Steinmeyer AHD. Gl. 1, 756—782.

## 17. (Fol. Nr. 190) IV **Evangelia.**

S. XI. Membr. 283 × 195. XXII quaterniones. 384 pag. Numeri paginarum partim ab antiqua manu scripti. — Ora colore rubeo et cæruleo picta. — Tabulæ lignæ corio albo (quondam rubeo) obductæ.

Initium deest. «ti fuit et fidem factæ . . . potuit ele.» Pars prologi S. Hieronymi in Matthæum et Marcum. — P. 2 et 3 vacant. — P. 4—8 «Incipit epistola Hieronymi presbyteri ad Damasum papam. Beato Papae Damaso Hieronimus. Novum opus facere . . . memineris mei papa beatissime.» Ed. Migne P. I. 29, 525—530. — P. 9: «Incipit argumentum Hieronimi presbyteri in Matheum. Matheus qui et Levi ex publicano . . . nazareus vocabitur.» De scriptoribus. Edit. Migne 23, 614. — P. 10—21: *Canones evangeliorum* auro, argento et minio ornati. Ed. Migne l. c. 29, 531—542. — P. 22 vacat. P. 23 figura Christi ad cuius pedes monachus tenens librum. — P. 25—122: «*Incipit Evangelium KATA MAΘEΩN.*» Littera L initialis valde artificiosa. — P. 123—125: «*Praefatio Bedae presbyteri in Marcum evangelistam.* Quae causa fuerit Marco evangelii scribendi . . . foret imitabilis ostendit.» Ed. Giles 10, 1—2. — P. 125: «Item Hieronymus. Marcus interpres . . . quam ordinem.» Edit. Migne 26, 18. — P. 184. In Lucam. «Incipit argumentum. Lucas medicus . . . visa describit.» Edit. Migne P. I. 26, 18. — P. 284: «Incipit argumentum in Johannem. Johannes apostolus et evangelista quem Jesus amavit . . . principio et rel.» Edit. ib. 18—19. — P. 358 *Capitulare evangeliorum de anni circulo* ut in cod. I. P. 380. *Lectiones evangelii de diversis causis* ut in cod. I.

In margine passim habentur canones Eusebii. — P. 23. 126. 185. 285 figuræ evangelistarum scribentiam. Cf. Rahn, *Gesch. d. bild. K.* 142 cum imagine. Cf. ib. 145. — Idem, *Psalterium aurcum* 60. 66. — Berger, *Histoire de la Vulgate* 129. 133. 382.

P. 382—383 *Catalogus reliquiarum cuiusdam ecclesiae*. Cf. *Geschichtsfr.* 43, 154. nota 98. — Ib. 45, 311 nota 3.

In operculo posteriore quinque nomina theotisca manu s. XI.

### 18. (4 Nr. 95) **In LXX Psalmos.**

S. VIII—IX. 218 × 162. 333 paginae, recte 338 quia 2 bis, 187 et 246 ter numerantur. Quaterniones signati (I) — XVIII. — *Variae manus.*

P. 1 vacat. P. 2—4: (*Præfatio*) «A . . . . seruus Christi fratribus et conseruis . . . qui et loquor nobis.»

P. 4—310: (*Commentarius in psalmos I—LXX*) «Beatus uir qui . . . uir autem iste beatus Christus est qui non abiit . . . . quærunt mala mihi. *Explicit LXX psalmo.*»

Est egregia expositio mystica psalmorem ad usum monachorum. Auctoris nomen erasum esse videtur. In præfatione loquitur de fontibus ex quibus hausit et addit (p. 2—2 bis): «legi siquidem in hoc opere et *Johannis romani diaconi* breuiationem, sed eius meæ menti lectio non omnimodis satisfacit.» De Joanne, ecclesie Romanæ diacono, ante annum 882 defuncto egit Fabritius, *Biblioth.* 2, 356, qui tamen de expositione psalmorem nihil dicit.

P. 310—331: «*Incipiunt adhortationes sanctorum patrum ad profectum perfectionis monachorum.* Interrogauit quidam abbatem Antonium . . . eris per huius modi» . . . Desinit abrupte. Excerpta ex libro V de vitis patrum, *Verba seniorum*, edit. Migne P. I. 73, 855—896.

Isti sunt numeri editionis Migne quos inveni. Libelli I. 1—3. 6. 7. 9. 12—14. 19. 21. 22. II. 1. 3. 9. 10. 14. III. 1. 2. 4. 6. 11. 12. 20. 22. 24. 26. IV. 16. 19. 22. 28. 29. 30. 34. 39. 56. 58. 59. 67. V. 3. 20. 21. 27. 30. 32. 34. 37. 39. VI. 6. 18. 19. VII. 10. 15. 16. Non inveni inter edita tres historiolas p. 317 et 320—321. In fine plura folia perdita sunt, quorum duo habes in codice **370**, 19 et 18. Ultimum folium vacat.

### 19. (4 Nr. 116) **Græca varia.**

S. XVI. (1503—1529.) Charta. 222 × 155. 297 folia, recte 284 quia omittuntur 42—54, 139, 168—177, 199, 229; 98ter, 106, 126, 131, 150, 155, 182, 206, 218, 235 bis numerantur. Manipuli non signantur.

Liber frequenti usu squalidus.

F. 1. (*Inscriptio!*): *Psalterium Grecum. Herotymlata greca. Homeri Batrachomyomachia. Fabule Esopi. Lexicon Grecanicum. Dictionarius Grecus.*



F. 1' varia de psalmis ex Dionysio Areopogita.

F. 2—117' (*Psalterium græce.*) „Προφητοῦ Δαυὶδ καὶ βασιλέως μέλοσ. Μακάριος ἀνὴρ ὃσ . . . τὸν κύριον. δόξα.“ In margine et inter lineas passim adduntur glossæ latinæ, plerumque atramento rubro scriptæ.

F. 117'—129' adduntur itidem græce Psalmus 151 (apocriphus): „Μικρὸσ ἤμην ἐν τοῖσ ἀδελφοῖσ μου . . .“ cantica Moysis, Annæ, Abacuc, Isaiæ, oratio Jonæ, trium puerorum, Simeonis, Magnificat, Benedictus, Symbolum Nicænum, Apostolorum et S. Athanasii, Pater noster, Salve Regina etc.

F. 126': „Τέλοσ. δόξα θεῷ ἀεὶ. Ἐσχεδιάζετο Ματθιαὸσ ὁ θεοδωρικὸσ ἐκ βολφαχ. Martii prima anno virgineo a partu supra sesquimillesimum III<sup>to</sup>. M. TH. 1504. Spes sibi quisque.“

F. 130: Τέλοσ. MDXXII. Novembr. XV. M. TH. Spes sibi quisque.»

F. 130'—155' (*Varia de grammatica græca*): Περὶ τῶν ἐημάτων. Passim adduntur glossæ latinæ et hinc inde: M. TH. Januarii 1504.

F. 150 bis vacat.

F. 156—245: (*Lexicon græco-latinum.*)

F. 255'—257: «Lilius Gregorius Giraldu Philesio S. D. P. Cum hic Venetiis . . . Te amor et vale. Ferrariæ X Kal. Septembr. MDVIII. . . . Ex Idiographo Lillii Gregorii Giraldu Ferrariensis Ego Matthias Theodrici descripsi. Septemb. XXVI<sup>ta</sup> A<sup>o</sup> MDVIII.»

Cf. Homeri opera ed. I. 1488. Flor. Venet. Ald. 1504.

F. 257: *Numeralia.*

F. 258—282. *Aesopi fabulæ (60)* Præcedit vita auctoris. Scatent glossis. In fine: Ὁνκ ἐνρον πλείονσ μνθονσ Ἀισωπον. M. Th. 1504<sup>to</sup>. Januarii XXVI.

F. 270 alieni argumenti postea additum videtur. Continet varias sententias græcas latinas germanicas. Febr. XIII. 29.

F. 283—284: „περὶ τῶν προθεσεων.“ De præpositionibus, coniunctione, adverbio etc. secundum ordinem rerum. Præcedit: Πίναξ τοῦ παρόντοσ λεξικοῦ. Tabula præsentis Dictionarii. περὶ διαφορῶν . . . ἄσθμα τοσ, Anhelitus; XC Τέλοσ. Συν θεῷ ἀγίω. M. TH. Spes sibi quisque. Septembris ultima 1503.

F. 245' (*Explicatio nominum propriorum Batrachomyomachia.*) «Διμνοχαρισ hoc est palude gaudens . . . Τέλοσ A<sup>o</sup> 23.»

F. 246—255: Τον Ὀμηρον Βατραχομνομαχία. Præcedit *Martialis* distichon de Homeri Batrach. (XIV. 183) et Antipatri Sidonii epigramma de patria Homeri: «Diceris a multis Colophonis . . . Callipea parens.» Antholog. gr. II. p. 18 Nr. 45.

F. 255: Item aliter varia epigrammata. «Ἐπιτάφιον εἰσ Ὀμηρον Ἀπιπατρον σιδωνιον. Τὰν μεροπων Πειθω . . . βραχὺ βωλοσ ἱκοσ.» Ex Anthologia græca II. 24—25. Ed. Jacobs 2, 25. — „Εἰσ τὸν ἀντὸν. Ἐνθαδε τὴν ἱερὰν κεφαλὴν . . . θεῖον Ὀμηρον.“ Ibid. III. 256. — Jacobs 4, 224.

Varia alphabeta græca, sententiæ latinæ, græco caractere scriptæ.

F. 285—289: «*Vocabula excerpta ex Julio Polideuca græca et latina. Ηρο τοῦ ὀρθρου ἐργηγόρησα . . . ἵνα ἐκδράμω. Τέλος σὺν θεῶ. Μ. ΤΗ. Septembr. XX<sup>ma</sup> 1503.*»

Est *Julii Pollucis Καθημερινη δμιλια* (quotidiana locutio) quam edidit ex codice 3049 bibliothecæ Parisiensis A. Boucherie, Notices et Extraits des MSS. 23, II. 480—494.

F. 289—290: «*Σὺν ἀγαθῇ τύχῃ καὶ ἐντυχῶσ. Ἐπειδὴ ὀρῶ πολλόνσ . . . ἃ ὑποτεταγμένα εἰσί. πάλιν τέλος.*» Edit. ibid. 478—480.

F. 290—294. (*Versio latina præcedentium.*) «*Propter quam causam non audeo . . . quæ subiecta sunt.*» Edit. ib. 478—494.

F. 289—290, 284—289, 156—245 sub titulo *Hermeneumata Einsiedlensia* ex hoc codice et 683 ed. Geo. Götz, Corpus glossariorum latin. 3, 221—279. Cf. ib. p. XXII—XXIII.

F. 294—295: «*Exemplar harum orationum manu propria Joannis Reuchlin Phorcensis exaratum erat. Χαῖρε δεσποῖνα μητερ ἔλεουσ . . . mater innupta. Ab exemplari Joannis Reichlin Phorcensis. 1503. Μ. ΤΗ. Septembr. XXIII<sup>a</sup>.*»

F. 295. (*De littera P*): «*Littera Pythagoræ discrimine secta bicorni . . . miserabile transiget ævum.*»

Ed. Burmann, Anthologia latina 2, 416. — Meyer, Anthologia 2, 65. Nr. 1076. — Ed. du Ménil, Poésies popul. Paris 1843. p. 428. De auctore cf. ibid.

F. 296. (*Varia de dialecto dorica et æolica.*) «*Περὶ Δωρίδος. Ἡ Δωρὶσ τῶ α ἀντὶ τοῦ ἡ χεῖται . . . δμιματα, δπιματα.*»

F. 296'—297: («*Varia interpretationes vocabulorum græcorum; quædam germanica. maii 2<sup>o</sup> anno (15) 27.*»)

F. 297' vacat.

Cf. descriptionem codicis quam dedit v. cl. H. Omont, Centralbl. f. Bibliothekw. 3. (1886) 428. Operculo agglutinatum est folium pergamenseum, fragmentum commentarii in *Genesim* manu S. XII latine.

## 20. (4 Nr. 17) In *Genesim*.

S. XV. Membr. et chart. 231 pp. recte 230 quia 78 omittitur. Inter 92 et 93 unum folium vacuum non numeratur. Quaterniones non signantur. — Tabulæ lignæ corio albo obductæ et scuto Abbatis Augustini I anno 1601 impressæ.

P. 1.—227. «*In principio creavit deus . . . Quoniam naturale desiderium quorumcunque mortalium . . . adiutorio dei cui sit honor et gloria per infinita seculorum secula. Amen. Explicit. etc.*»

Agitur in 52 lectionibus *de opere sex dierum*. Auctor qui consulto nomen suum reticuit videtur ordinis S. Francisci fuisse et anno 1377 vixisse. Cf. pp. 75, 226, 227. P. 92 fit mentio Nicolai de Lyra.

**21. Traduction des Pseaumes.**

S. XVIII. Charta 4<sup>o</sup>. 582 paginæ. — Corio fusco ligatum.

In folio præambulo: „Opus compositum et scriptum a Reverendissimo Domino *Petro Julien*, Congregationis Lotharingo — Benedictinæ visitatore dignissimo, qui anno 1795 die 22<sup>a</sup>. Aprilis obiit in principali monasterio Einsiedlensi.“

P. 1—566: «*Traduction des Pseaumes avec l'Explication des Titres; des sommaires qui en marquent l'occasion et le Sujet et des Notes pour rendre raison de la Traduction. Pseaume I. . . . omne quod spirat.*»

P. 567—571: Table. P. 572—582 vacat.

Autographum. In notis passim textus vulgatus cum archetypo comparatur.

**22. Dictionarium hebraicum.**

S. XVIII. Chart. Fol. II folia, 487 paginæ. — Corio fusco ligatum.

F. I.: *Monitum*. F. II: *Abbreviationes*.

P. 1—487: «*Dictionarium hebraicum a punctis aliisque Masorethiis inventis liberum.*»

Autographum *Petri Julien*, auctoris codicis præcedentis.

**23. (Petri Julien lectiones variantes textus hebraici.)****Tom. I.**

S. XVIII. Charta. 4<sup>o</sup>. 539 paginæ.

A Genesi usque ad librum Esther textus hebraicus cum græco, Samaritano etc. comparatur.

**24. (Idem) Tom. II.**

Est continuatio præcedentis, cui per omnia similis. 494 pagg. Continet libros Job, Salomonis et prophetarum.

**25. a. Die Psalmen Davids.**

S. XVIII. Charta. 4<sup>o</sup>. Folia non numerantur. — Dorsum coreaceum, opercula chartacea

Est *Analysis 150* psalmorum, uel paraphrasis cum partitionibus super singula psalmorum themata, lingua latina.

**25. b.** ut **25. a.** ab altera manu scriptum, sed accuratius.

**26. (Nr. XXI) Biblia.**

S. XIII. Membran. 174 × 130. 325 folia, recte 326, quia 5, 6, 55, 72, 109 bis numerantur, 77, 175—177, 189—321 omittitur. Binæ columnæ. Quaterniones non signantur. — Tabulæ lignæ holoserico viridi obductæ. — Initia librorum litteris et figuris depictis et deauratis satis eleganter ornata. — Cf. Rahn, *Gesch. d. bild. Künste* 571. n. Ceterum liber assiduo usu detritus.

F. 1 vacat. F. 2: «*Der Hochwürdig Inn Gott Fürst Vnnd Herr Herr Ulrich Abbt des würdigen Gotteshus Unnser Lieben Frauen zu*

Cat. codd. Eins.

den Einsiedlen Hat diese Bibel siner Urälte nach Vnnd das solche Ire Fürstlichen gnaden Vorfahren (Hochlöblicher Gedächtnus) gebrucht widerumben Renoviren vnnd vernuwen Lassen. Actum denn 15 Monatstag May Nach Christi Vnnsers Lieben Herren Geburt 1597.»

Abbas Udalricus Wittwyler regnavit 1585—1600 sub quo etiam codex 121 renovatus est.

F. 3—296: «*In nomine domini. Incipit bibliotheca tocius anni circulum edita a sancto Jeronimo presbitero secundum hebraicam hereditatem. Frater Ambrosius tua mihi munuscula . . . omnibus uobis. Amen.*»

F. 296'—235: «*Hic sunt interpretationes hebreorum nominum incipientium per a litteram. Aaz apprehendens uel . . . aut consolatores eorum.*»

Ut in codice 2, 641.

P. 102 in margine inferiore additur manu posteriore: „*Oratio regis Manasse in Babylone. Domine deus omnipotens . . . secula seculorum. Amen.*“

### 27. (8 Nr. 30.) **Ascetica.**

S. VIII et IX. Membr. 155 × 94. 140 folia (recte 142 quia 46 omittitur, 34, 115, 132 bis numerantur.)

I. F. 1—22. S. VIII. Prima pagina vacat.

F. 1'—4: *Revelatio beati Apostoli et evangelistæ Johannis. (Apocalypsis 21, 9—27.)*

F. 4'—11': *(Explicatio orationis dominicæ.)* «*Vrdes quam brevis . . . laus et gloria.*»

F. 11'—16: *Expositio de oratione dominica.* «*Veritas dicit honora . . . adiuuante qui uiuit et regnat . . .*»

F. 16'—19: *Homilia domini Augustini de die iudicii.* «*O fratres karissimi quam timendus . . . eripere dignetur, qui uiuit . . .*» Edit. in append. S. Augustini Nr. 251. opp. 5, 2210. Idem in cod. 281, 44.

F. 19'—20': «*Auxiliato mihi trinitas . . . unus deus uiuis . . .*»

F. 20'—22' Altera manu: *(Hymnus de S. Benedicto.)* «*Christe sanctorum deus . . . spiritus regnat.*» Daniel I. 218. IV. 165, 371. — Chevalier, Rep. hymn. 3004. — Morel, Hymnen 209.

II. F. 23—24. S. VIII. Scriptura valde rudis. Sunt hæc duo folio omnium bibliothecæ nostræ antiquissima.

*(Hymnus alphabeticus de Christo.)* «*Almus altus agnus . . . sol fulgebunt.*»

III. F. 25—140. S. VIII vel IX. Quaterniones I—(XV.)

F. 25—27': *(Expositio orationis dominicæ.)* «*Christus dixit . . . in pugnatione diabolica.*»

F. 27'—32': *Expositio fidei catholicæ.* (Symboli S. Athanasii.) «*Quicumque . . . idest voce et intellectu . . . esse non poterit.*»

F. 32'—33': *(Expositio orationis dominicæ.)* «*Pater noster quia ipse nos fecit . . . uel de inferno.*»

F. 33'—50: *Interrogatio (de articulis fidei.)* «Quomodo credis . . . renatum non est: animalia.»

F. 50—53': «*Liber differentiarum Isidori iunioris Splanensis (Hispal.) episcopi. Inter deum et dominum . . . dominus quia unigenitus.*» Libri II. capp. 1—15. Ed. Migne, 83, 69—72.

F. 53—55: «*Incipit dicta (ex) singulis doctoribus. In primis de caritate. Dominus dicit in . . . caritas Christi.*»

F. 55—140: *S. Hieronimi, Augustini, Gregorii, Juliani, Cæsarii, Effrem, Salvani (!) Elegi (!) etc.* Varia de vitis patrum 90, 96, 99, 101, 104, 111', 114, 115, 128, 131, 132. a.

F. 49 et 49' scriptura secreta, ubi vocales per puncta exprimuntur.

De huiusmodi collectionibus sæc. VIII cf. Rose, Handschriftenverzeichnis d. königl. Bibl. zu Berlin 12, 73. Nr. 49. Similis codex Vaticanus 212 S IX—X. Stevenson I. 41. — Cf. Morel. Einsiedl. Handschr. d. l. K. V. 246—251, 253, 259, 260.

## 28. (12 Nr. 15.) **Veritas textus biblicorum.**

S. XIV. Membrana tenuissima. 130 × 90. 513 pagg. recte 516 quia 10 quater numeratur.

I. P. 1—65. P. 1—3 vacant. P. 4: (*Elenchus contentorum.*) P. 5—10, b: *Index librorum bibliæ et prologorum.* P. 10, b—12: «*Tabula iuxta ordinem litterarum alphabeti de his quæ notabiliter in hoc volumine continentur. Epistolæ ad Paulinum 1 cap . . . levans autem Jacob oculos.*»

P. 13—65 et 496—500: (*Notæ anonymi in diversa loca S. Scripturæ ab Exodo usque in lib. III. Regum.*) «*Exodi 4 dicitur de virga Moysi . . . obtinet liber regum.*»

II. P. 66—500. Ab antiqua manu signata sunt folia 1—219 et quaterniones I—XVIII sed omissum est folium post 193 (nunc p. 450 et 451.) Inter 4 et 5 unum folium (nunc p. 74 et 75) a manu posteriore additum est, quod non coheret cum reliquis. P. 160 dimidia et 162 tota vacant.

P. 66—160: «*Opusculum de veritate textus Bibliæ et prologorum eiusdem collectum ex operibus fratris Britonis de expositione vocabulorum ipsius Bibliæ et suorum prologorum.* Epystole sancti Jeronimi ad Paulinum presbiterum capitulo primo. Frater Ambrosius . . . duos asses.»

Littera B colore rubro summæ paginæ sæpius appicta videtur significare „Brito“. Guilelmus Brito + 1356. Cf. Fabritius, Biblioth. 1. 261. — Hist. litt. 29, 590, 602. — Delisle, Cabinet 2, 150. — Ludewig, Reliquiæ M. SS. 3, 9. — Scherrer, Handschriften d. Stiftsbibl. p. 648.

P. 162—404: *Opusculum correctionis textus et prologorum bibliæ collectum de operibus fratris Johannis de Colonia, O. Min.* «*Frater Ambrosius etc. Et infra. Ut gimnosophistas . . . grecis vocabulis.*» Litteræ «Jo» summæ paginæ passim adscriptæ videntur innuere Johannem, de quo Fabricius nihil,

P. 405—488: *Correctio textus bibliæ compilata Parisius per Magistrum et fratrem Wilhelmum de Mara ord. Minorum.* Genesis 3 f. tunicas . . . tonitruum an habent.»

E. 411—495 plerumque folia signantur littera W (Wilhelmus) Cf. Fabric. Bibl. 3, 141 vel 145.

P. 488—495: *Eiusdem, de hebræis et græcis vocabulis glosarum bibliæ.* «Genesis principio . . .» Continet tantum tres priores libros Moysis, deinde abrumpitur.

P. 496—500 vide supra ad p. 13.

P. 501—511 (alia manu) *Tractatus fratris Johannis Coloniensis de posituris.* Legerunt in libro Dei distincte . . . Neem. VIII. In verbis istis debitus legendi modus . . . azaptani.» Desinit imperfectum.

Hæc scripta ad varios codices referenda esse videntur. Codicis mentionem fecit v. cl. P. H. Denifle, *Die Handschriften der Bibelcorrectorien des 13. Jahrhunderts in Archiv f. Literat. u. Kirchengesch.* 4, 265, 266.

## 29. (4 Nr. 8.) **Annales Einsidlenses etc.**

S. X—XV. 202 × 155. 239 pp. recte 236 quia 159, 221, 283 omittuntur.

I. P. 2—87. (*Glossæ in evangelia.*) S. IX—X.

Variæ manus. Quaterniones signantur I. II. III. tantum.

H. de Ligertia manicas adpinxit.

P. 2—6: «*De evangeliorum præfatione.* Utrum liber an codex . . . de verbo dei disputat. Explicit præfatio.»

P. 7—71: *Incipunt glossæ ex euangelio cata Lucam scarpstatæ pene ad verbum editæ.* Quando quidem multi . . . benedictione conclusit. Finiunt glossæ ex euangelio secundum Lucam scarpstatæ pene ad uerbum editæ.»

P. 71—87: «*Incipit in Marcum Evangel.* Initium evangelii . . . fuerit saluus erit.»

II. P. 88—102: (*Annales Heremi vel Einsidlenses et cycli.*) S. X—XI. Variæ manus.

H. de Ligertia manicas et litteram initialem A. adpinxit.

P. 88—95: (*Annales ab anno 1—930.*) *Anni dominicæ incarnationis incipiunt.* Anno imperii Octaviani . . . anglorum duxit uxorem.

P. 96—100: (*Cycli cum annalibus heremi annorum 931—1006.*) «*Vicesimus secundus cyclus (decennovenalis.) Anni domini nostri . . . Heinrichus rex regem . . . successit Gebehardus episcopus.*»

*Annales annorum 927—997 ut in 356, 27—64. edit. partim Mabillon, Analecta 368; denuo Pertz, Mon. Germ. 83, 3, 141—144. Cf. quæ ib. p. 137 diota sunt. — Bresslau, N. Archiv 2, 579. — G. v. Wyss, Anz. f. schweiz. Gesch. 1884. p. 292.*

P. 101—102 (altera manu, *Præcepta medica* :) «*Ad coxas et tibias Artemisia cum axungia . . . dies vel plus.*»

Eadem fere præcepta in codd. 319, 280; 321, 26.

III. P. 103—161. (*Messehala, Sacro bosco etc.*) S. XIV. Quaterniones signantur tantum A et C.

Cum figuris mathematicis. — H. de. Lig. manículas adpinxit.

P. 103—118: «*Incipit astrolabium Messehalle.* Scito quod astrolabium est nomen grecum cuius interpretatio est accepcio stellarum eo quod . . . regionis eiusdem tabule. Explicit astrolabium.»

Stephanus Messalahus (!) Anglus scripsit de compositione astrolabii. Fabricius, Bibl. lat. 3, 504. Idem opus in cod. Oxoniensi Digbeiano 207 sæc. XIV ineunt. Cat. codd. manuscript. Pars IX. (Oxonii 1883) p. 224. in variis codicibus Amplonianis (Schum, Verzeichn. 915.) in bibl. Baldass. Boncompagni. Nr. 279. Narducci, Catalogo (Roma 1862) p. 123—124 et bis Basileæ. Hänel, Catalogi 520. Cf. Naumann, Serapeum 24, 107 et Steinschneider ib. 31, 305. 311.

P. 118—120: «*Ymaginatio proiectionis sære (sphaeræ) in planum per uisum.* Concussio siue extentio immo uerius proiectio sære . . . qui queritur ut patuit figura.»

Est opus *Messehale*. Cf. Codd. Amplonian. F. 376, 12. F. 394, 2. Schum l. c. 262. 276.

P. 120—123: «*Incipit tabula stellarum fixarum que ponuntur in astrolabio cum longitudine sua in circulo signorum et latitudine sua ab equinoctiali . . . Cauda ceti.*»

P. 123—128: «*[Varia astronomica.] De Azimuth Rubrica, alius modus faciendi Azimut, positio stellarum in astrolabio etc.*

P. 128: «*De nominibus instrumentorum astrolabii.* Nomina instrumentorum sunt hec. Primum est armilla . . . stellarum in nocte. Explicit compositio astrolabii. Sequitur de utilitatibus eius et primo de inuentione gradus solis et diei mensis.»

Similis argumenti videtur esse codex Oxoniensis Digbeianus 207. f. 22—24. (l. c.)

P. 128—136: [*De utilitatibus astrolabii.*] «*In nomine domini nostri Jesu Christi. Amen.* Cum uolueris scire gradum solis . . . talis est comparatio stature tue ad planum. Explicit. Amen. Explicit astrolabium.»

P. 136—140 (altera manu): *Varii circuli astrologici cum commento.*

P. 141—151 [*Tria capita Sphaeræ Joh. de Sacro bosco:*] «*Incipit spera magistri Jo. de sacro bosco.* Tractatum de spera 4 capitulis . . . dies uel nox 6 signa.»

Liber sæpius editus. De auctore cf. Fabricius, Bibl. l. 2, 412.

P. 152—161: [*Versus astrologici de planetis; 28 diversa poemata, circa 28 versuum unumquodque cum inscriptionibus arabicis, Atha, Arian, Anaton, Altarf etc.* Præcedit registrum.] «*Incipit liber iudicum Jesu filii sirac. Et primo de uita. In nomine domini nostri Jesu Christi. Amen. Saturnus. Atha.* (A)b lucro quid queris, iam manibus teneris. Nunc fortuna tibi fauet per omnia bona, Heres tibi erit et honor et gloria . . . Est cum inimico pax et concordia data, Explicit liber nichili. Amen. Deo gratias.»

IV. P. 162: (*De horologio Karoli magni.*) S. X. «Anno dominicæ incarnationis DCCCVIII (sic!) legatus regis . . . aquis reposita sunt.»

Est fragmentum annal. Laurissens. de anno 807. Ed. Mon. Germ. SS. I. 194.

P. 163 vacat.

V. P. 164—173: *Porphyrius* S. X—XI.

Litteras initiales supplevit H. de Ligertia.

P. 164 vacat. P. 165—173: «*Sermo de Ysagogis Porphirii*. Isagoge grece latine introductio dicitur . . . ei Socrates sit filius.»

P. 160—167 glossæ latinæ tum in margine cum inter lineas. Difert ab interpretatione Bœthii edit. Migne, P. I. 64.

VI. P. 174—239: *Computus Helperici*.

P. 174 præcedunt versus Bedæ: „Me legat annales qui vult . . . astra poli.“

P. 174—176: «*Incipit præfatio Helphrici de arte calculatoria*. Cum fratribus nostris adolescentioribus . . . sublimiora rimetur. Explicet præfatio. Incipit libellus calculatoriæ artis *Helphrici*. De anno solari.»

P. 235—236: «*Epilogus Helprichi*. Nos scolasticorum nostrorum rogatu . . . facilius assequantur.»

Edit. Pez, *Thesaurus* II, 2, 182—222. — Migne P. I. 137, 15—48.

In codice nostro deest prologus ad episcopum Asprum. Abundant glossæ marginales et interlineares. De codice mentionem feci in *Centralbl. f. Bibliothw.* 2. (1885) 226. et *Jahresbericht Eins.* 1886. p. 10. — Cf. Calmet, *Diarium* 51. — Morel, *Serapeum* 1, 358. — L. Traube, *N. Archiv* 18 (1893). 80. qui ib. 71—99 fusius de hoc opusculo tractavit. — Fabritius *Bibl. lat.* 2, 188.

P. 236—237: (eadem manu: *de partibus anni etc.*) «Annus solaris habet IIII tempora, . . . partes proprias XC. LX.»

In margine variæ glossæ de *letania Romæ*, nomina IIII mulierum, trium magorum etc.

P. 238: *Prisciani versus 12 signis ex epitome phænomenon Arati*. «Ad boreæ partes . . . Heridanique fluenta.»

Ed. Wernsdorff *Poët. lat.* 5. 520.

Sequuntur signa numerorum latinorum et græcorum item græcorum verbis expressa: „Mia dya tria tessera . . . Olimpias quinquennale certamen dicitur.“

In margine: „*Ordo lunæ et cursus maris quomodo crescit . . . Mensium nomina.*“

P. 239: (*De Deo*) «Deum intellegamus esse sine quantitate magnum . . . eius obesset creaturæ.»

*Interpretatio aliquot vocum hebraicarum et græcarum*: «Christus hebraice, Quirion grece . . . Ruha hebr. Pneuma grece.»

P. 175 in inferiore margine manus anni 1046 hæc scripsit et statim extersit: „ab origine mundi ad hunc annum quo rex heinricus consecratus est a papa cle(mente).“

In operculo anteriore agglutinatum est fragmentum bullæ pontificiæ. In eodem P. Gallus Morel indicem codicis notavit.

P. 1 manu S. X—XI: *Dedicationes ecclesiarum monasterii Einsid-lensis* in Endinga, Regali, Burgheim, Lilaha, Ascenzaha, Quadrauedes, Campis, Chaltebrunna, Uvenovva, Steueia, Mediolano (Meilen.)

Simile in cod. 319, 300. Ed. Mone, *Zeitschr.* 17, 127. — Cf. ib. 36, 125, — Gerbert, *Hist. nigr. silv.* 1, 149. — Nüscheler, *Gotteshäuser d. Schweiz* II, Zürich 1867. p. 382. — Pertz, *Archiv*, 8, 736.



**30. (4 Nr. 47.) S. Pauli epistolae.**

S. XII. Membran. 220 × 170. 223 paginae, recte 224 quia 11 et 30 bis numerantur, 154 omittitur. Quaterniones signantur I—XIII.

H. de Ligertia hinc inde manus, litteras initiales et p. 6 figuram S. Pauli rudi calamo adpinxit. Pro pluribus litteris initialibus spatium vacuum relictum.

P. 1—6: «*Argumentum in epistolam ad Romanos. Aepistolae Pauli ad Romanos causa haec . . . sed emendatos ostendens.*»

P. 7—221: (*Epistulae Pauli*) «Paulus servus Jesu Christi . . . omnibus vobis. Amen.»

In margine passim indicantur divisiones pro lectione matutina in choro. T = Tu autem domine miserere nobis.

Glossae et notae Latinae tum in margine tum inter lineas verba textus per synonyma explicant et illustrant. — Cf. Morel, E. Handschr. d. l. K. V. 261.

P. 222—223: (altera manu S. X—XI, binae columnae. *Fragmentum tonarii seu directorii cantus* cum neumis). «Si natale domini feria II evenerit . . . Cum esset desponsata.» Continet regulas pro vigilia natiuitatis domini, ubi etiam fit processio «ad s. salvatorem» et «inde egredientes» «in basilica».

**31. (4 Nr. 46.) In Joannem.**

S. XII. Membr. 193 × 130. 164 pp. Primum folium additium non numeratur. Quaterniones non signantur. Variæ manus. — H. de Ligertia aliquoties maniculas addidit.

Initium deest ad cap. I. v. 46. P. 1—164: «et feminae natum intelligat . . . et a. u. u.»

F. 1. manu S. XIV: „Iste liber fuit concessus fratri M. de Scafuso tempore quo legit in Thurego et si eum mori contingat debet reddi claustrum loci Heremitarum Constantiensis dyocesis prope Thuregum.“

**32. (4 Nr. 4.) Glossae. Tractatus de medicina.**

S. X—XII. Membr. 175 × 130. 357 paginae, recte 358 quia 39 ter numeratur, 344 omittitur.

I. P. 1—222. *Glossae*. S. X.

Quaterniones signati tum I—XIV cum (manu S. XIV) ab initio a—o. Binæ columnae Variæ manus.

«[J]ncip[iaunt] Glose ex primo libro Prisciani. Constantinopoli scripsit Caesariensis . . . cuius et liber.» Desinit abrupte. P. 3: «Inc. son. etiam sunt de e. pirs.» 17 Explicit de primo libro, incipit de secundo. 28 Incipit de III<sup>o</sup> libro. 33 de libro IV<sup>o</sup>. 45 de libro V. 60 Explicit de libro V. De libro VI. 70 de libro VII. 76 Incipit de verbo lib. VIII. 85 Expl. lib. VIII. Incip. VIII. 100: Incip. de temporibus. 101 de modis. 103 de figuris incip. 105 de coniugationibus. 108 De perfecto. lib. VIII incip. 115 De praepositione liber XIII incipit. 116 Liber XV. de adverbio. 117 Incipit de coniunctione lib. XVI. 118 Incipit liber de constructione XVII. 132 Explicit de libro I. Incipit de

No. 144—149: «De tiaro pileo explicet. Videritis stellas illic ubi circulus axem . . . ne suffocata cruore.» Varii variorum versus.

P. 150—222: (*Glossæ variæ, ex Prisciano*) «Priscianus Cæsarea natus . . .» P. 162 De nominativo et genitivo casibus. 175 De præpositione . . . de adverbio; 176 De constructione, 185 De II libro constructionis P. 189 Exempla auctorum Horatii, Martialis, Virgilii. De Clemente. 190 De dialogis Gregorii. 191 De libris sermonum Augustini. De tractatu Hieronymi in Matthæum 192 De sinodalibus. De actibus apostolorum. 194 De geneseos prologo. Sintagma. 196 Ad Titum. Jeromini. 107 Item ad Damasum, ad Paulinum presbiterum. Ad Heliodorum. 200 De epistola Pauli. De conflictu Hieronymi contra Jovinianum. 202 Exodo. 203 De libro Eusebii. 204 De vita s. Antonii quam Athanasius edidit. De rotarum libro. 205 De libro officiorum. De regula (S. Benedicti.) Glosæ de arithmetica Boëti. 206 Terentius de verbo tractans hanc differentiam dicit. (Cf. Hagen l. c. CXXXII—CXXXIV.) 220 De evangelio Lucæ. De evangelio Johannis. 221 De actibus apostolorum. 222 Glosse de libro Genesis.

Commentarii in Priscianum mentionem facit M. Hertz, Priscianus I. (Keil, Gr. lat. II) p. XXIX. Plura ex hoc codice ed. v. cl. Herm. Hagen, *Aneod. Helvet.* p. CI,XXIV—CLXXVIII. Cf. ib. LXI. LXII.

Glossas theutonicas edidit K. Bartsch, *Germanistische Studien* 2, 297—299 et denovo Steinmeyer *AHD.* Gl. I. 321. 757. II. 12. 150. 324—325. 327. 334. 359. 378—379. 607. Cf. Morel, *E. Handschr. d. l. KV.* 249. 255.

II. P. 223—310: (*Quinque tractatus de medicina.*) S. XII. Quaterniones non signati.

P. 223—243: «*Incipiunt Ysagoge Jhoannicii.* Medicina dividitur in duas partes . . . boni malive discretione. Explicunt Ysagoge.» — Cf. Morel, *Serapeum* I (1840) 361.

P. 243—269: «*Incipit liber aphorismorum Ypocratis.* Vita brevis ars vero . . . non possit, mortale. Explicit liber afforismorum.»

P. 269—284: «*Incipiunt pronostica Ypocratis.* Omnis qui medicinæ . . . expositæ ordine præceptorum. Explicunt pronostica.»

Differt per totum a codicibus quorum meminit v. cl. Val. Rose, *Handschriften d. k. Bibl. zu Berlin* I. 373—374.

F. 284—305: «*Incipit liber urinarum a voce Tehophili.* De urinarum differentia . . . convenienter expositum. Explicit liber urinarum.»

P. 305—310: «*Incipit liber pulsuum Philareti.* Intentionem habemus in . . . ad presentia. Explicit liber pulsuum.»

P. 310 altera manu S. XIII adduntur 9 lineæ de generibus pulsuum.

III. P. 311—357 «*Tegni Galieni.*» S. XII. Quaterniones non signantur. Lineæ atramento ductæ. «*Incipit prologus in libro tegni Galieni.* Tres sunt omnes doctrine . . . orationem in eis. Explicit liber tegni.»

Abundant glossæ subtilissime scriptæ in margine et inter lineas. Idem libri medicinales (techne = ars,) in unum volumen redacti sæpe inveniuntur in codicibus v. gr. *Amplio-*

nianis Erfurtensibus F. 238, 255, 264, 271, 287, 293. Q. 173. 181. 182. In bibliothecis Carnotensi, Hænel col. 126, Basileensi ib. 659, 660. Prostant etiam variae editiones sæc. XV. de quibus cf. Hain, Repert. 2, 7426 etc. de Galeno; 3, 8669 de Hippocrate.

P. 347—346 (manu S. XIII: *Encomia B. V. Mariæ*) «Imperatrix, domina . . . alumpna, Maria.»

### 33. (4 Nr. 19.) **Expositio in cantica canticorum.**

S. XIII—XIV. Membran. 193 × 145. 361 paginae, recte 362 quia 6 bis numeratur. Binæ columnæ.

I. P. 1—255. S. XIV. Sexterniones 1—11 ante et retro signati. Singulae columnæ numeris arabicis manu antiqua signatae ab 1—96, dein de novo incipit numeratio.

P. 1—3: «*Incipit prologus in expositione cantici canticorum.*.. Benedictiones dabit legislator . . . nominibus laudes cantantur.»

P. 3—248: «*Incipit capitulum primum.* Osculetur me . . . enim datur talis consolatio.»

P. 249—255: (altera manu: *Index alphabeticus.*) «Acubitus. I. 64. . . . Christi volnera etc. 26. Or.»

P. 248 altera manu S. XIV. (?): «Isto libro utuntur fra . . .» (nomen erasum.)

II. P. 256—361: (*Joh. Russel in canticum canticorum.*) S. XIII—XIV. Quaterniones non signati, sed custodibus provisi.

«*Capitulum primum.* Osculetur etc. Cogitanti michi canticis promere . . . mirre et thuris. Amen. Benedictus dominus deus virtutum in infinitum et ultimum. Expliciuunt postille super canticum.»

Folio ultimo caeptum est registrum alphabeticum quod tamen paucas solum voces exhibet.

Auctor nominatur versus finem p. 359: «Ora pro me seruo tuo fratre *Johanne Russel* de ordine minorum qui messuit mirram.»

Fabritius, Bibl. lat. 3, 436 meminit Joh. Russelli Angliæ cancellarii qui floruit anno 1484 et scripsit in cantica canticorum. Sed propter ætatem codicis non potest eius esse auctor. Alterius Joannis Russel, ordinis S. Francisci meminit Chevalier, Repert. d. sources hist. 2017 nullo tamen addito tempore.

### 34. (Fol. Nr. 39.) **Williramus in Canticum. Item Iuvenalis satyræ et alla.**

S. X—XII. Membr. 287 × 205. 98 folia, recte 99 quia 3 bis numeratur. Quaterniones non signantur.

I. F. 1—24. S. XII. Binæ columnæ. F. 3. manculus H. de Ligertia.

F. 1. vacat. F. 2'—3 [*Varia carmina Leonina.*] (I.) «Orta fluunt, cumulata ruunt . . . quia coelicus heres.»

(X 2.) «Plangis homo migrare domo . . . nobis sit et isti.»

(3.) «Quisquis ades qui morte cades . . . deposco iuwari.»

(4) [*Versus de grammatica.*] «Sex habet opposita . . . surripit apocopæ.»

Ed. ex hoc codice P. G. Morel in *Anzeiger des German. Museums* N. F. 6. (1859) 208.

(5.) «Accipe sume cape . . . simplexque puella.»

(6.) «Roma sitit sitiensque bibit . . . distillent aurea poma.»

(7.) «Disce libens et quere . . . claustra sophiæ.»

(8.) [*Miraculum de S. Nicolao.*] «Obsecro per dominum tu suscipe me . . . cui mors obstare ueretur.»

Edidit ex hoc codice P. Gall. Morel in *Anzeiger des German. Museum* N. F. 6. (1859.) 207—208, Cf. *Geschichtsf.* 17, (1861) 79, 100.

F. 3. (9.) «Roma tenens morem . . . Symonis acta secuntur.»

Edit. inter carmina Burana XXI a. Bibl. d. liter. Vereins 16 (Stuttg. 1847) 28.

(10.) «*De Troia.* Pergama flere uolo . . . nec fideiussor ero.»

Sæpe in codicibus invenitur v. g. Berolinens. Phillippi 193 (Rose, I. 433); Bodleiens. Cf. *Catalog.* IX. 166. Cod. 166. Nr. 8. Textum ampliorem ex codicibus Parisiensibus edidit Du Ménil, *Poésies populaires* (Paris 1843) 309—319. Cf. *Notices et Extraits* 28, II. 438 et 29, II. 238. *Hist. littér.* 7, 587. — Huemer, *Mittelalterl. Analecten* p. 13. *Wiener Sitzungsberichte* 124, III. p. 12. Nr. 851. Edit. inter *Carmina Burana*. I. c. 60—61. — Migne P. I. 142, 120.

(11.) [*Planctus Oedipi.*] «*De Pollinice et Theocle.* Diri patris infausta pignora . . . patimur gens miserabilis.»

Ed. ex hoc codice P. G. Morel, *Anzeiger des German. Museum* 6. (1859) 208. — Textum ampliorem e codice Sangallensi 865 iam antea ediderant Ozanam, *Oeuvres complètes* II. (Paris 1855) 377—379. Cf. Scherrer, *Verzeichniss* p. 299. et e codice Berolinensi Ed. du Ménil, *Poésies inédites* (1854) 310—313. Denuo edidit v. cl. G. Wattenbach in *Zeitschrift f. d. Alterth.* 19, 90—92. De codice Einsidl. ib. p. 90.

F. 3'—22' [*Willeramī paraphrasis cantici canticorum.*] «Cum maiorum studia intueor quibus . . . also die tiuren stanch nurze tuont.»

Opus sæpe editum. Cf. Seemüller, *d. Handschr. u. Quellen v. Williram.* Strassb. 1877. p. 32—35. — Graff, *Diutiska* 3, 440. — Gerbert, *Iter*, 79. — Hänel, *Catal.* 664: Exemplar omnibus adhuc notis præstantius. — Pertz, *Archiv* 8, 736.

F. 23—24': [*Theoduli Ecloga.* Manu S. XIV: «*Iste auctor vocatur Theodolus.*»]

«Ethiopum terras iam feruida torruit estas . . . Desine quod restat, ne desperatio ledat.»

Idem in codice 337 cum commentario. Carmen sæpe editum, (Hain 15484 etc.) inter alia apud Goldast, *Manuale biblicum.* Frankof. 1620. 22—23. — De auctore cf. Fabricius, *Bibl. lat.* 3, 527. — *Bibl. des litter. Verein* 89, 158.

II. F. 25—98. [*Iuuenalis Satyræ XV.*] S. X.

Abundant maniculi et vultus H. de Ligertia.

«Semper ego auditor . . . indulsit non omne legumen. Diunt (!) Iuuenalis satyrarum liber quintus explicit feliciter.»

„Codicem contulit anno 1838 Dr. O. Zahn ex Kiel pro sua editione. Berlin 1851. Cum codice Sangallensi adeo convenit, quod versus quidam in illo omissi et in nostro omittantur.“ P. G. Morel. — Cf. Bähr, *Gesch. d. röm. Literatur* I. 627. Variæ glossæ tum in margine cum inter lineas. Theutonicæ paucae editæ in corpore glossariorum ed. Steinmeyer et Sievers. — Simulacrum codicis ed. Chatelain, *Paléographie des class. lat.* 10<sup>e</sup>. livr. (1896) Pl. 130, 2. — Cf. Meyer v. Knonau, *d. K. Schwyz.* 255.

F. 98' probationes pennæ.

**35. (Fol. 192.) (Paterii Excerptiones seu expositio in Biblia ad Proverbia usque.)**

S. XII. Membr. 290 × 211. 268 pp. 265—266 maior pars excisa. p. 1. 266—268 vacant. Quaterniones signantur I—XVI.

P. 2—3: *De septem miraculis manufactis.* «Septem sunt manufacta miracula. 1. Archa Noe . . . concros constructa est.»

Differt ab editis. *De septem Miraculis divinitus factis . . . De VII Sigillis . . . [De VII donis spiritus sancti.]*

P. 4—6: *Prologus Paterii.* P. 6—8: *Capitula libri Genesis.* P. 8—260: «*Virtutes angelicæ quæ . . . non laudat in choro.*»

Sunt libri I—XII quorum ultimum Psalterium comprehendit, edit. inter opera S. Gregorii, Migne P. 1. 79, 683—896. — Cf. Gerbert, *Iter alem.* 79. — Morel, E. *Handschr. d. lat. KV.* 258. — Hohenbaum van der Meer, *Gesch. v. Rheinau* (1778) 61.

P. 260—262. (altera manu S. XII.) *Dictum S. Augustini de numero quadragenario et quinquagenario.* «*Omnis sapientiæ disciplina est quæ . . . partem captam invenitur.*»

Cf. Morel, l. c. 247.

P. 262—265: [alia manu] «*Karolus divina misericordia rex Francorum suis episcopis gratias egit. Gratias agimus sanctitati vestre quia familiariter a nobis interrogata . . . facere non audebant.*»

Ed. Mabillon, *Analecta* 74—75, et partim Jaffé *Biblioth.* 4, 374—378. Reliqua pars folii abscissa. Cetera vacant.

Cf. Morel, *Lat. Handschr. d. KV.* 247. 258.

**36. (Fol. Nr. 38.) Anonymi expositio super Mathæum.**

S. XI—XII. Membr. 285 × 215. 260 pagine. Quaterniones signati I—XV.

H. de Ligertia plurimas manuculas apposuit.

P. 1 vacat. P. 2—253: «*Expositio super Matheum.* Dominus ac redemptor . . . eum euntem in cœlum.»

Numeri capitum in margine a manu posteriore additi sunt.

P. 254 vacat. P. 255—258 [*Cœna Cypriani*]: «*Quidam rex nomine Johel nuptias . . . domos suas repetierunt.*»

Inepta narratio de nuptiis in Cana, Cypriano falso adscripta, edita Migne, P. 1. 4, 1001—1014. — Cf. Hartel in *Corpus script. eccles.* III. 3. p. LIX. — Dümmler, *Ludwig d. Deutsche (Jahrbücher d. d. Gesch.)* ed. 2. (1887) 1, 404. — Morel, E. *Handschr. d. lat. KV.* 251. 261. — *Sitzungsberichte d. k. Akad.* 126. VI. 70 Nr. 4361. — Delisle, *Cabinet des MSS.* 2, 445. Nr. 47. — Duméril, *Poésies pop.* (1843) 193—200. — *Sitzungsber. d. Münch. Akad. philos. hist. Cl.* 1872. 459.

P. 258. [*Carmen XII versuum.*]: «*Doctores fieri plures optant et . . . non cavet hoc agere.*»

P. 259: «*De distinctione trium annorum quibus prædicavit Johannes et trium annorum quibus prædicavit Jesus. Johannes baptista prædicationem . . . quæ tunc fuit.*»

P. 260 [manu S. XII. *Antiphona de S. Afra* cum neumis: «Gloriosa et beatissima . . . morbos euasisti.»

In operculo posteriore probationes pennæ; in anteriore manu S. XIV: „Hic liber est monasterii Heremitarum.“

### 37. (Fol. Num. 42.) **Anonymi in Lucam.**

S. X. Membr. 290 × 192. 212 pp. Post. p. 158 quinque folia et post p. 162 quattuor folia exsecta sunt. In textu est lacuna a capite LII—LIII et a LIII—LXX. P. 154 duæ tantum lineæ scriptæ sunt. — Quaterniones signantur I—XIV. Variæ manus.

Hinc inde manus H. de Lig.

P. 1—3. [Tabula capitulorum I—LXXVIII. P. 4 pene vacua. Manu sæc. XII:] «Emitte domine spiritum . . .» [Manu sæc. XII:] «Liber Scti. Menradj de heremitis.»

P. 5—211: «*Incipit prochemium* (sic!) *traditionis in Lucam*. Completa narratione Marci optamus transire ad textum narrationis Lucæ . . . quatenus digni ad percipiendum Sancti Spiritus efficiamur.»

P. 212 [probatio pennæ manu S. XIII:] «Rara fides iam est quia multi multa loquuntur. Rara avis in terris nigroque simillima cygno.» (Iuvenalis?)

P. 193 adducuntur versus Sedulii e carmine paschali: «Neve quis ignorat speciem crucis esse colendam . . . Christus regit undique mundum.»

Cf. Corpus script. X. 128. Lib. V. 188—195. — Morel, E. Handschr. d. lat. KV. 261.

### 38. (Fol. Num. 36.) **Anonymi Expositio octo priorum Epistolarum Pauli.**

S. XI. Membr. 287 × 230. 189 folia. (recte 190, nam 62 et 86 bis, primum non numeratur.) Quaterniones signantur I—XXIII. — Variæ manus. — Binæ columnæ.

H. de Lig. manus passim.

Folio primo pictura quæ videtur representare S. Paulum in arcopago concionantem.

F. 1—189: «Dicta apostolica lecturi montem cœlestis desiderii conscendere . . . gratiam ipsis eiusdem optavit.»

In margine passim manus cœvæ. Sunt qui hunc librum B. Thietlando secundo abbati Einsiedlensi tribuant (958—964) de quo legimus in annalibus anno 945: fecit glosam super epistolas sancti Pauli. Mon. Germ. Script. V. 71. Cf. Ziegelbauer, Hist. lit. O. S. B. I. 585. — Gerbert, Iter aleman. 77. — Morel, Geschichtl. üb. d. Schule v. Eins. Jahresber. 1855. p. 6. Idem, E. Handschr. d. lat. KV. 261. — Landolt, Ursprung 98. 103.

F. 189 manu H. de Lig. nota de occisione episcopi Johannis Constantiensis ed. H. v. Lig. 44 et alibi. Cf. ibid. 26.

### 39. (Fol. Nr. 26.) **Epistolæ et Evangelia cum expositionibus auctore Smaragdo viro sancto ac docto, abbate O. S. B. qui floruit sub Ludovico pio et obiit anno Christi 819.**

S. IX—X. Membr. 260 × 180. 161 folia. Binæ columnæ. Variæ manus. XXII Quaterniones.

H. de Ligertia in fine nomen suum apposuit; pagina prima quinque manuculas, figuram Christi, satis rude expressam additis verbis: „Adoravimus in loco ubi steterunt pedes eius.“ Quæ verba forsitan consecrationem divinitus factam sacelli Einsidlensis innuunt. [Cf. Ringholz, Wallfahrts-gesch. 357.] Idem in fronte p. 1: „Liber comitis sine quo preces omnes casse.“ P. 147 et 160 adpinxit larvas et 149 figuram homunculi. Cf. H. v. Ligerz p. 39. F. 50' variæ manus s. X. in pagina quæ vacua relicta erat, probationes encausti, „Dincta bona“ hymnum „Vexilla regis“ et imaginem crucifixi et hæc quidem non male pro genio illius ævi, addiderunt.

F. 1—161: *«Incipit præfatio libri comitis. Cernens in ecclesiis plurimos diuinarum . . . fit concordia lectionum.»* Ed. Migne P. l. 102, 13—116. Desinit codex dominica post ascensionem domini. Interdum satis differt ab editione.

P. 2 versus: „Quisquis amas typicos . . . centenos reddere fructus.“ Ed. Dümmler, Mon. Germ. Post. lat. I. 618. Cf. ib. 607. — Idem. N. Archiv 4, 251. — De auctore cf. Mabillon, Analecta 356. — Fabritius, Bibl. lat. 3, 492. — Ebert, Allg. Gesch. d. Lit. 2, 108—112. — De codice monuit Gerbert, Vetus Liturg. 1, 126. — Morel, E. Handschr. d. lat. KV. 259.

#### 40. (Fol. Nr. 21.) *Epistolæ pro tempore et festis.*

S. XI. Membran. 260 × 190. 309 pp. (recte 314 quia 6 et 22ter 148 bis numerantur.) Quaterniones non signati.

Litteræ initiales p. 2, 3. 6b, 98, 154, 237, 279 etc. artificiose delineatæ. Cf. Rahn, Gesch. d. bild. K. in d. Schweiz 300. n.

P. 1 vacat. P. 2: *«In nomini Domini. In hoc volumine continentur lectiones utriusque testamenti tam solemnibus quam etiam privatis diebus congruenter aptate.»*

P. 3—219: *Epistolæ pro Missis de tempore a Vigilia Nativitatis Domini usque ad Dominicam ante Natale Domini.*

P. 219—248: *«Abbreviatio lectionum libri comitis.»*

P. 242 indicatur lectio pro vigilia et natale S. Galli; p. 246 idem pro S. Otmaro quod originem Sangallensem indicare videtur. Nihil de SS. Meginrado et Mauritio.

P. 249—253: *Epistolæ pro singulis diebus hebdomadæ.*

P. 252—287: *Epistolæ de communi Sanctorum.*

P. 287—302: *In ordinatione diaconi, presbiteri, episcoporum, in adventu episcopi, proprie ad viduas, in letania tempore belli, in die belli, in sterilitate, pluviam, in conventu iudicum, contra episcopos male agentes, pro iter agentibus, quando ad regem pergitur, pro salute vivorum, pro elemosinam facientibus, pro seipso . . . pro agape facientibus, etc. etc.*

P. 302—304: *Epistolæ pro Defunctis.*

P. 305—306: *In natale S. Mathiæ Apost.*

P. 307—309 altera manu S. X., lectiones tres de Cantico canticorum, partim erasæ.

P. 309 manu H. de Lig. notitia de codice præstito anno 1350. Cf. H. v. Lig. l. c. 44 — Morel, E. Handschr. d. lat. KV. 241.

## II. SERMONES.

### 41. (Fol. Nr. 47.) **Homillarium. Pars Aestiva.**

S. X. Membr. 283 × 205. 314 folia (recte 315 quia 237 bis numeratur.) Manipuli satis variant; signantur a—z et dein I—XII. Folium 114 et 314 medietate lacera. P. 204--208 ab aliqua manu S. XI. scripta.

Litteras initiales ornatiores tantum invenies f. 8' et 9; reliquæ satis rudes.

H. de Ligertia hinc inde manículas adpinxit.

Iste codex cum sequente et numeris 5—7 (Biblia) dein 256 et 257 fore eisdem formæ et ætatis est et ab eisdem amanuensibus exaratus. Patet omnia in choro lectos fuisse et sic Breviarium completum formasse

F. 1 variæ manus S. XI vel XII varias antiphonas cum neumis apposuerunt: «Salve dilecta theotocos . . . O lux sempiterna, o salus eterna . . . Integer ardorem, rubus arida, virgula florem . . .»

F. 1'—3': «*Incipiunt capitula. Dominica sancti Paschæ evang. . . CVIII. In natali virginum. Evang. . . Omelia Augustin.*»

F. 3'—5: «*Sermo beati Augustini episcopi de nativitate S. Mariæ. Adest nobis dilectissimi . . . proferre mundi. Qui vivit . . .*»

Sermo 194. Ed. Migne 5, 2104—2107.

F. 5—8. «*Sermo de assumptione S. Mariæ. Cum sanctarum virginum festivas . . . gaudimonium es ipso prestante domino nostro Jesu Christo qui . . .*»

F. 8—11': «*Dominica S. Paschæ. Lectio S. Ev. . . Omelia B. Gregorii papæ de eadem lectione. Multis vobis lectionibus fratres . . . filium suum. Per eundem . . .*»

Homilia in evang. 21. Ed. Migne P. l. 76. 1169—1174.

F. 11—13. «*Sermo B. Maximi episcopi die sancto Paschæ. Non immerito fratres . . . quam addicta captivitas.*»

Ed. Migne P. l. 57, 361—364.

F. 13—14: «*Item sermo cuius supra. Magnum fratres et mirabile . . . et sequere me.*»

Ed. ib. 363—366.

F. 13'—15': «*Cuius supra. De eodem die. Beneficia dei nostri . . . non dubito præparatos.*»

Edit. ibid. 355—360.

F. 15'—17: «*Sermo S. Augustini in die sancto Paschæ. Passionem vel resurrectionem . . . quem fecerat liberavit. Cui est gloria . . .*»

Sermo 160 in append. Ed. Migne 5, 2059--2061.



F. 17—19: «*Feria secunda. Sermo B. Maximi episcopi. Exultandum vobis est . . . in hunc mundum.*»

Ed. Migne P. I. 57, 590—594.

F. 19—20: «*Unde supra. Feria II<sup>a</sup>. . . Omelia B. Gregorii papæ. In cottidiana uobis solemnitate . . . recipiat ad. regnum.*»

Homilia 23 in evang. Ed. Migne P. I. 76, 1182—1183.

F. 20—24: «*Feria III. . . . Omelia ven. Bedæ presbiteri . . . Gloriam suæ resurrectionis . . . homine Jesu Christo qui vivit . . .*»

Hom. 5. Ed. Giles 5, 31—39.

F. 24—27: «*Feria IV. Lectio S. E. s. Johannem . . . Omelia Gregorii papæ de eadem lectione. Lectio s. evangelii quæ modo . . . perfectionem roborat Jesus Christus . . .*»

Homilia 25 in evang. Edit. Migne P. I. 76, 1184—1188.

F. 27—32': «*Feria V. Lectio S. Ev. . . . Omelia Gregorii papæ de eadem lectione. Maria Magdalena quæ . . . consolabitur gaudio, qui . . .*»

Homilia 25 in evang. Edit. ibid. 1189—1196.

F. 32'—36: «*Feria sexta . . . . Omelia ven. Bedæ presb. de eadem lectione. Evangelica lectio fratres karissimi . . . subleuet. In qua vivit et . . .*»

Hom. 6. Edit. Giles 5, 39—46.

F. 36—41: «*Cap. XII. Sabbato. Lectio S. Ev. Omelia B. Gregorii papæ de eadem lectione. Fractus longa molestia . . . Dominus noster qui vivit . . .*»

Homilia 22 in evang. Ed. Migne P. I. 76, 1174—1181.

F. 41—46. «*Dominica Octava Paschæ. Lectio S. Ev. . . Omelia B. Gregorii papæ de eadem lectione. Cap XIII. Prima lectionis huius . . . singulariter amatis. Qui vivit . . .*»

Homilia 26 in evang. Ed. ibid. 1196—1204.

F. 46—48': «*Dominica I post Oct. Paschæ . . . Omelia B. Gregorii papæ. . . . Cap. XIII. Audistis fratres karissimi ex lectione . . . in perventione satiemur.*»

Homilia 14 in evang. Ed. Migne P. I. 76. 1127—1130.

F. 48'—51': «*Dominica II post. Oct. Paschæ. Lectio S. Evang. . . Cap. XV. Omelia Bedæ presb. de eadem lectione. Læta domini et salvatoris . . . uincetium Jesus Christus . . .*»

Homilia 1. Ed. Giles 5, 1—7.

F. 51'—55': «*Dominica IV post Oct. Paschæ. Lectio . . . Cap. XVI. Omelia ven. Bedæ presb. de eadem lectione. Sicut ex lectione . . . dare consuevit Jesu Christo . . .*»

Hom. 2. Edit. ib. 7—15.

F. 55'—59': «*Dominica III post Pascha. Lectio . . . Cap. XVII. Omelia ven. Bedæ presb. de eadem lectione. Potest movere infirmos . . . annuntiet vobis. Qui vivit . . .*»

Hom. 3. Ed. ibid. 15—23.

F. 59'—63: «*In natali Philippi et Jacobi. Lectio s. . . . Cap. XVIII. Omelia B. Augustini episcopi de eadem lectione. Erigenda est nobis fratres . . . maiora horum faciet.*»

Tractatus 67—71. in Joannem. Edit. Migne 3, 1812—1822.

F. 63—67': «*De inventione S. Crucis. Post resurrectionem domini nostri Jesu . . . s. crux V. non. Mai.*»

Ut 8, 220 et 83, 301.

F. 67'—71': «*Item unde supra. Lectio s. ev. Cap. XX. Omelia ven. Bedæ presb. de eadem lectione. Sicut ex lectione s. ev. . . et potestas ante omnia . . .*»

Hom. 16. Edit. Giles 5, 109—117.

F. 71'—72': «*In letania maiore. Sermo B. Maximi ep. de Ninivitis. Cap. XXI. Legimus in prophetis . . . superare possimus.*»

Edit. Migne P. 1. 57, 459—462.

F. 72'—77': «*Item in letania maiore. Lectio S. Ev. Cap. XXII. Omelia Bedæ presb. de lect. Rogatus a discipulis . . . paravit. Per Jesum Christum . . .*»

Homilia 7. Edit. Giles 5, 46—56.

F. 77'—81: «*In vigilia ascensionis domini . . . . Omelia B. Augustini de lect. Cap. [X]XIII. Glorificatum a patre . . . . non sum in mundo.*»

Tractatus 105—207 in Joannis evangelium. Ed. Migne 3, 1904—1913.

F. 81—82: «*Sermo beati Leonis papæ de ascensa domini. Cap. XXIII. Post beatam et gloriosam . . . collocavit; qui vivit et . . .*»

Sermo 73. Ed. Migne P. 1. 54, 394—396.

F. 82—84: «*Item cuius supra, de ascensa Domini. Cap. XXV. Sacramentum, dilectissimi salutis . . . honore et gloria in . . .*»

Sermo 74. Edit. ib. 397—400.

F. 84—88': «*Unde supra. Lectio s. e. . . . Cap. XXVI. Omelia B. Gregorii papæ de eadem lectione. Quod resurrectionem dominicam . . . qui dedit Jesus Christus . . .*»

Homilia 29 in evang. Edit. Migne P. 1. 76, 1213—1219.

F. 88'—94': «*Dominica I post Ascensa Domini. Lectio . . . Cap. XXVII. Omelia Bedæ presb. de lect. Ex multis S. Evangelii . . . prærogavit Jesus Christus . . .*»

Homilia 8. Edit. Giles 5, 57—69.

F. 95—100': «*In sabbato Pentecostes. Lectio . . Omelia ven. Bedæ presb. de . . . Cap. XXVIII. Quia s. spiritus hodie . . . aput patrem. Cum quo vivit et . . .*»

Homil. 9. Edit. ib. 69—81.

F. 99'—106: «*In die sancto Pentecostes. Lectio . . Omelia beati Gregorii papæ de . . . Cap. XXVIII. Libet fratres karissimi . . . sed datur per dominum nostrum . . .*»

Homilia 30 in evang. Edit. Migne P. 1. 76, 1220—1227.

F. 106—107: «*Cap. XXX. Omelia B. papæ Leonis de eodem die. Hodiernam dilectissimi festivitatem . . . moderantem in sæcula. Amen.*»  
Sermo 77. Edit. Migne P. 1. 54, 411—415.

F. 107—108: «*Sermo cuius supra de eadem festivitate. Cap. XXXI. Hodiernam solemnitatem dilectissimi . . . Adiuvente domino nostro . . .*»  
Sermo 75, edit. ib. 400—401.

F. 108'—110: «*Sermo B. Maximi episcopi de die S. Pentecostes. Cap. XXXII. Nosse vos credo . . . Judæ proditoris admissum.*»  
Edit. Migne P. 1. 57, 375—378.

F. 110—111: «*Item sermo cuius supra de eodem die. [Cap. XXXIII.] Hodiernæ celebritatis gaudia . . . et misit regnans cum patre . . .*»

F. 111—112': «*Dominica octava Pentecosten. Lectio . . . Sermo de ieiunio quarti mensis. Cap. XXXIII. Post illos dies lætitiæ . . . salvator noster qui cum . . .*»

F. 112'—114: «*Unde supra. Lectio s. . . Sermo Hieronimi presb. [Cap. XXXV?] Ubi dominus sedens docuerit . . .*» [Finis abscissus.]  
Est Bedæ venerabilis cap. 27 expositionis in Lucæ evang. cap. V. Ed. Giles 4, 398—402.

F. 114' vacat.

F. 115—117: «*Dominica I post Octavam Pentecostes. Sermo beati Johannis episcopi de David ubi Goliath inmanem hostem devicit. Cap. XXXVI. Dominus Deus cum David regem . . . et deficiens inimicus.*»

F. 117—124: «*Unde supra. Dominica I post. Oct. Pentecostes. Lectio S. E. S. Lucam. . . . Omelia B. Gregorii Papæ de eadem lectione. Cap. XXXVII. In verbis sacri euangelii . . . mentibus loquatur. Qui vivit . . .*»

Homilia 40 in evang. Ed. Migne P. 1. 76, 1302—1312.

F. 124—126': «*Dominica II post Pentecosten. Sermo B. Johannis de Absalon, ubi David patrem persequitur et de prælio fugiens, arboris ramo suspenditur. Cap. XXXVIII. Perdidit Absalon scelestissimus . . . exitium voluit intulisse.*»

F. 126'—132': «*Unde supra. Dominica II post Octav. Lect. . . . Omelia beati Gregorii papæ de eadem lectione. Cap. XXXVIII. Hoc distare fratres . . . flagramus Jesum Christum . . .*»

Hom. 36 in evang. Edit. Migne P. 1. 76, 1266—1274.

F. 132'—141: «*Dominica III post Oct. Pentec. . . . Omelia B. Gregorii papæ de eadem lectione. Cap. XL. Aestivum tempus . . . iudex noster, qui vivit . . .*»

Hom. 34 in evang. ed. ib. 1246—1259.

F. 141—142': «*Dominica IIII post Octavam Pentecostes. Lectio . . . Omelia ven. Bedæ presb. de eadem lectione. Cap. XLI. Hoc loco nobis nihil aliud præcipi existimo . . . de oculo fratris.*»

Homilia Bedæ. Edit. Colon. (1688) 7, 51—52. Deest in edit. Giles.

Cat. codd. Eins.

F. 142—144': «*Dominica V post Octavam Pentecostes. Lectio . . . Omelia Bedæ presbiteri de eadem lectione. Cap. XLII. Stagnum Gensareth idem . . . iubentem ut sequerentur.*»

Homil. 10. Edit. Giles 5, 81—85.

F. 145—147': «*Dominica VI post Pentecosten. Lectio . . . Omelia beati Augustini episcopi de eadem lectione. [Cap. LXIII.] Dico enim vobis quia . . . est regnum cœlorum.*»

De sermone domini in monte I. c. 9 et 10. Edit. Migne 3, 1239—1243.

F. 147'—149': «*Dominica VII post Oct. Pentecostes. . . . Omelia ven. Bedæ presb. de eadem lectione. [Cap. XLVIII.] In hac lectione consideranda . . . pastos esse cybariis.*»

Homilia 11. Edit. Giles 5, 85—91. In codice desunt ultimæ 6 lineæ.

F. 150—153': «*Dominica VIII post Octavam Pentecostes . . . Omelia Origenis de eadem lectione. [Cap. XLV.] Quod paulo superius spaciousam . . . sitis. Præstante et adiuuante ipso . . .*»

F. 153'—156: «*Dominica VIII post Pentec. . . Omelia S. Hieronimi presbiteri de lectione. Cap. XLVI. Quis sit ulicus . . . parce et metet.*»

Epistolæ 121 ad Algasiam c. 6. Edit. Migne P. 1. 22, 1018—1021.

F. 156—161': «*Dominica X post Pentecost . . . Omelia beati Gregorii papæ de eadem lectione. Cap. XLVII. Lectionem brevem sancti . . . loquimur. Qui uiuit . . .*»

Homil. 39 in evang. Edit. Migne P. 1. 76, 1294—1301.

F. 161'—162': «*Dominica XI post Oct. Pentec. Lectio S. E. S. Lucam. . . . Omelia ven. Bede presbiteri de eadem lectione. Cap. XLVIII. Dixit autem et ad quosdam qui in se confid . . . districtione pensetur ignoro.*»

Expositionis in Lucæ evangel. cap. 18. Cap. LXXII. Edit. Giles 11, 260—262.

Etiam in codice Basileensi B. VI. 3. S. X. Halm, Handschr. d. K. V. Wien. Sitzgsber. 50. p. 22. — Morel. Eins., Handschr. d. K. V. 248.

F. 162'—165': «*Dom. XII p. Oct. Pentec. . . . Omelia ven. Bedæ presb. de eadem lectione. Cap. XLVIII. Surdus ille et mutus . . . dignabitur Jesus Christus . . .*»

Hom. 38. Edit. Giles 5, 278—284.

F. 165'—167': «*Dom. XIII post Oct. Pent. Lect. . . Omelia Bedæ presb. Cap. L. Legis peritus qui de . . . sublevanda devotus operare.*»

Expositio in Lucæ evang. cap. 10. Cap. XLIV. Edit. Giles 11, 124—129.

F. 167—169': «*Dom. XIII post Oct. Pent. . . . Omelia ven. Bedæ presb. de lect. Leprosi non absurde . . . in cœlis est.*»

Hom. 13. Edit. Giles 5, 96—100.

F. 169'—171: «*Dom. XV post. Pentec. . . . Omelia Bedæ presb. de eadem lectione. Cap. LII. Nullus etenim ut dominus . . . abundantia superadditur.*»

Compilatio ex Bedæ expositione in Lucam edit. Giles 11, 227—228 et 164—167.

F. 171—172: «*Dom. XIII post Oct. Pentec. . . . Omelia Bedæ presb. de eadem lectione. Cap. VIII. Naim civitas est . . . in corde mittendo.*»

Homilia 14. Edit. Giles 5, 101—103.

F. 172'—174': «*Dom. XVII post Oct. Pentec. Lectio . . . Omelia ven. Bedæ presb. de eadem lectione. Ydropis morbus ab . . . quæri vetat congruit.*»

Homilia 15. Edit. ibid. 103—107. In codice deest finis.

F. 174'—175': «*Mense septimo. Feria quarta. Sermo b. papæ Leonis. Cap. LV. Apostolica institutio dilectissimi . . . sabbati solenniter ieiunemus.*»

Sermo 92. Edit. Migne P. 1. 54, 453—455. Ultimæ lineæ desunt in codice.

F. 175'—176': «*Unde supra Lectio S. . . Omelia Bedæ presbiteri de lectione. Cap. LVI. Loca rebus congruunt . . . possit reddere patribus.*»

De Expositione in Marci evang. cap. 9. Cap. 38. Ed. Giles 10, 139—142, paucis mutatis.

F. 176'—181: «*Feria sexta. Lectio . . . Omelia b. Gregorii papæ de eadem lectione. Cap. LVII. Cogitanti mihi de Mariæ . . . fletibus lavatur Jesu Christo . . .*»

Homil. 33 in evang. Edit. Migne P. 1. 76, 1239—1246.

F. 181—184: «*Sabbato in XII lectione. Omelia beati Gregorii papæ de eadem lectione. Cap. LVIII. Dominus et redemptor noster per . . . gaudia mansura. Per dominum.*»

Homilia 31 in evangelia. Ed. Migne P. 1. 76, 1228—1231.

F. 184—187: «*Dominica XVIII post Octavam Pentecostes. Lectio . . . Omelia b. Johannis episcopi de eadem lectione. Cap. LVIII. Convenerunt namque pharisei . . . eum per ipsum.*»

F. 187—188': «*Dominica XVIII post Oct. Pentec. . . . Omelia b. Johannis episcopi de eadem lectione. Cap. LX. Christum in humanis . . . perfidiæ iam moreris.*»

Maximi Taurinensis. Homil. 108. Edit. Migne P. lat. 57, 501—506.

F. 188'—196: «*Dominica XX post Oct. Pentec. . . Omelia b. Gregorii papæ de eadem lectione. Cap. LXI. Textum lectionis euangelicæ . . . naturam nostram Jesus Christus . . .*»

Homilia 38 in evang. Edit. Migne P. 1. 76, 1232—1233.

F. 196—197': «*Dominica XXI . . . Omelia b. Gregorii papæ de eadem lectione. Cap. LXII. Lectio s. euangelii quam . . . tenetis. Per dominum . . .*»

Hom. 28 in evang. Edit. Migne P. 1. 76, 1211—1213.

F. 197'—198': «*Dominica XXII post Oct. Pentecost. Lectio . . . Sermo ex commentario b. Hieronimi presbiteri. Cap. LXIII. Ideo assimilatum est . . . de cordibus uestris.*»

Comment. in evang. Matthæi Lib. III. c. XVIII. Ed. Migne P. 1. 26, 132—133.

F. 198': «*Abhinc Gregorii. Sed inter hæc sciendum est . . . hostia ipsi fuerimus.*»

Dialogorum 4, 60. Ed. Migne P. 1. 77, 428—429.

F. 199—200': «*Dominica XXIII post . . . Omelia Bedæ presbiteri de lectione secundum Lucam. Cap. LXIII. Et observantes miserunt . . . non invenisset locum.*»

Exposit. in Lucæ evang. C. 20. cap. 83. ed. Giles 11, 303—305.

F. 200—203': «*Dominica XXIII . . . Omelia ven. Bedæ presb. de lectione. Cap. LXV. Priori lectioni quam . . . inpinguet caput eorum.*»  
Ibid. c. 33 p. 81—89.

F. 204—208' [manu S. XI: *Dominic . . . Cap.?*] *Lectio S. Evangelii sec. Matheum. In illo tempore . . . Omelia beati Augustini episcopi de eadem lectione. Sermonem quem locutus est . . . induerit immortalitatem, prestante . . .*»

De sermone domini in monte. L. I. c. 1—5. Edit. Migne 3, 1229—1237.

F. 209—214': «*In vigilia S. Johannis Baptistæ. Initium s. euang. sec. Lucam . . . Omelia ven. Bedæ presb. de eadem lectione. Cap. LXVI. Venturus in carne dominus . . . coronat æternam, qui vivit . . .*»

Homil. 39. Edit. Giles 5, 284—295.

F. 214—216': «*In natali S. Johannis Bapt. Sermo B. Maximi episcopi. Cap. LXVII. Solemnitates nobis diversorum . . . honor et gloria in sæcula sæculorum. Amen.*»

Edit. Migne P. I. 57, 383—388.

F. 216—216': «*Sermo cuius supra. Cap. LXVIII. Festivitatem præsentis diei . . . testis fidelissimus reuelavit.*»

Edit. ib. 389—390.

F. 216'—218': «*Unde supra. Cap. LXVIII. Iam domino propitiante . . . ascenderat Jesus Christus salvator noster qui . . .*»

Non invenit in edit. P. G. Morel. Cf. Handschr. d. lat. K. V. 257.

F. 218—221': «*Unde supra. Lectio S. Euang. sec. Lucam . . . Omelia ven. Bedæ presb. de eadem lectione. Cap. LXX. Præcursoris domini nativitas . . . pervenire mereamur Jesum Christum . . .*»

Homilia 32. Edit. Giles 5, 236—243.

F. 221'—225': «*In vigilia S. Petri. Lectio . . . Omelia ven. Bedæ presbiteri de eadem lectione. Cap. LXXI. Virtutem nobis perfecte . . . pollicetur Jesu Christo domino . . .*»

Hom. 26. Edit. ib. 185—193.

F. 225—227': «*In natale Apostolorum Petri et Pauli. Sermo Maximi episcopi. Cap. LXXII. Gloriosissimos christiane fidei . . . sui principes collocaret.*»

Edit. Migne P. I. 57, 391—396. — *Fausti* Rhég. sermo. Migne P. I. 58, 880—883.

F. 227'—228': «*Sermo cuius supra. Cap. LXXIII. Cum omnes beati . . . sanguinis effusione fundarunt.*»

S. Maximi. Edit. Migne. P. I. 57, 402—406. In editione desunt sex ultimæ lineæ.

F. 228'—232': «*Unde supra. Lectio s. euangelii . . . Omelia ven. Bedæ presb. de eadem lectione. Cap. LXXIII. Lectio s. euangelii quam . . . secula promisit. Qui vivit . . .*»

Homilia 27. Edit. Giles 5, 198—200.

F. 232—234': «*In natale S. Pauli apostoli. Sermo beati Johannis. Cap. LXXV. Beatus Paulus qui . . . gratia et misericordia domini nostri . . .*»

F. 235—236': «*In natali VII fratrum. Lectio s. Evang. . . Omelia beati Gregorii papæ de eadem lectione. Cap. LXXVI. Sancti evangelii fratres karissimi . . . in mente trucidamus.*»

Homilia 3 in evang. ed. Migne P. l. 76. 1086—1089.

F. 237—237': «*In natali S. Laurentii. Sermo beati Maximi episcopi. Cap. LXXVII. Sanctum est fratres ac . . . ignibus confusa torpesceret.*»  
Ed. Migne P. l. 57. 408—410.

F. 237'—237'bis: «*Sermo cuius supra. Cap. LXXVIII. Sicut patrum nostrorum . . . et confidenter euasit.*»

Edit. ib. 410—412.

F. 238—238': «*Cuius supra. De eadem festivitate. Cap. LXXVIII. Beatissimi Laurentii fratres . . . lucis inluminacione fulgere.*»

Item Maximi Taurinensis ed. ib. 413—414.

F. 238'—240': «*Unde supra . . . Omelia B. Augustini episcopi. Cap. LXXX. Christus Jesus se ipsum . . . coronas gloriosissimas receperunt.*»  
Non in edit. Migne T. V.

F. 240'—241': «*In assumptione S. Mariæ . . . Omelia ven. Bedæ presb. de eadem lectione. Cap. LXXXI. Hæc lectio fratres . . . in præmio. Præstante . . .*»

Partim hausta ex eiusdem expositione in Lucæ evang. Cap. 10. cap. 45. Edit. Giles 11, 129—131.

F. 241'—243': «*In decollatione S. Johannis Baptistæ. Sermo B. Johannis episcopi. Cap. LXXXII. Hodie nobis Johannis . . . Herodes mortuus est.*»

Petri Chrysologi sermo 127. Ed. Migne P. l. 52, 549—552. Ut 9, 155.

F. 243'—248': «*Unde supra. Lectio . . . Omelia ven. Bedæ presb. de eadem lectione. Cap. LXXXIII. Natalem fratres karissimi . . . ad cœlos Jesus Christus . . .*»

Homilia 29. Edit. Giles 5, 209—219.

F. 248'—250': «*In nativitate S. Mariæ . . . Omelia B. Ambrosii de eadem lect. Cap. LXXXIII. Morale est omnibus . . . dies sunt impiorum.*»

F. 250'—252': «*LVIII Kal. Oct. Exaltatio S. Crucis. Cap. LXXXV. Tempore illo postquam . . . ostensione, donante domino nostro Jesu Christo . . .*»

F. 252'—257: «*In natali S. Mathei apostoli. Lectio S. E. S. Matheum . . . Omelia Bedæ presb. De eadem lectione. Cap. LXXXVI. Legimus apostolo dicente . . . throno patris una cum spiritu s . . .*»

Homilia 30. Edit. Giles 5, 219—227.

F. 257—258': «*In festivitate S. Michaelis . . . Omelia B. Maximi episcopi de eadem lectione. Cap. LXXXV. Si diligenter audistis euangelicam . . . seculi fluctibus demergatur.*»

Hom. 85. Edit. Migne P. I. 57, 445—450.

F. 258'—263: «*Sermo in festivitate omnium sanctorum. Cap. LXXXVIII. Legimus in æcclesiasticis . . . gaudere mereamur. Per dominum n. J. C . . .*»

*Beda* hom. Edit. Colon. 7, 151. — Migne P. I. 94, 452—455.

F. 263—265: «*Unde supra. Omelia ven. Bedæ presb. de eadem lectione. Cap. LXXXVIII. Et ipsi elevatis . . . industriam spectat operis.*»

Expositionis in Lucæ evang. c. X. c. 22. Edit. Giles 11, 16—20.

F. 265—266': «*Sermo in natali Apostolorum. Cap. XC. «Si omnium sanctorum martyrum . . . coronemur. Quod præstare dignetur ipse . . .*»

Augustini sermo 222 in append. Ed. Migne 5, 2156—2158.

F. 266'—270: «*Item in natale Apostolorum. Lectio s. e. . . Omelia b. Augustini de eadem lectione. Cap. XCI. Iste locus euangelicus fratres . . . habitabit in nobis.*»

Fulgentii sermo (?). Edit. Venet. 343. Aumeo. 108.

F. 270—274: «*Unde supra. Lectio s. eu . . . Omelia b. Augustini de eadem lectione. Cap. XCII. Si diligimus inuicem . . . illis facientibus facit.*»

Tractatus 87—91 in Joannis evangelium. Edit. Migne 3, 1852—1862.

F. 274—276': «*Item unde supra. in natale Apostolorum. Lectio S. E. . . Omelia B. Gregorii papæ de eadem lectione. Cap. XCIII. Cum constet omnibus . . . cum festinatione præparemur.*»

Homil. in evang. 4. Edit. Migne P. I. 76, 1089—1092.

F. 276'—280: «*Sermo b. Fulgentii episcopi in natale unius Martyris vel Confessoris. Cap. XCIII. Dominus sermo quem . . . atque utiliter habeamus.*»

Edit. Venet. p. 248. Aumer 56.

F. 280—281': «*Item sermo in natale unius martyris. Cap. XLV. Quia martyris natalis . . . nobis conferantur. Præstante . . .*»

F. 281'—283: «*Unde supra. Lectio s. ew. . . Sermo ex comment B. Hieronymi presbiteri. Cap. XCVI. Quomodo enim in præsentī . . . eiusdem numeri conservatis.*»

Comment. in evang. Matth. I. Cap. X. Edit. Migne P. I. 26, 65—67.

F. 283—284: «*Unde supra. Lectio S. E. . . Sermo ex comment . . . B. Hieronymi de eadem lectione. Cap. XCVII. Superius dixerat dominus . . . et messurus sis.*»

L. c. Edit. ib. 67—70.

F. 284—289: «*Unde supra. Lectio . . . Omelia B. Gregorii papæ de eadem lectione. Cap. XCVIII. Si consideremus fratres . . . remedia contulit Jesus . . .*»

Homilia 37 in evang. Edit. Migne P. I. 76, 1275—1281.



F. 289—293': «*Unde supra. De uno martyre. Lectio . . . Omelia B. Gregorii papæ de eadem lectione. Cap. XCVIII. Quia dominus ac redemptor . . . adepturi sumus per eum qui . . .*»

Hom. 32 in evangel. Edit. ib. 1232—1238.

F. 293'—295: «*In natale plurium martyrum. Sermo B. Maximi episcopi. Cap. C. Sufficere nobis deberent . . . et beatitudo suscipiet.*»

Edit. Migne. P. I. 57, 429—432.

F. 295—297: «*Unde supra. Sermo B. Johannis Chrisostomi. Cap. CI. Qui sanctorum merita . . . salutem probaretur exemplum.*»

F. 297—300: «*Unde supra. Sermo B. Leonis papæ. De octo beatitudinibus. Cap. CII. Prædicante dilectissimi domino . . . pace requiescant. Per dominum . . .*»

Sermo 95. Edit. Migne P. I. 54, 461—466.

F. 300—303: «*Unde supra. Plurium martyrum. Lectio . . . Omelia B. Ambrosii episcopi de eadem. Cap. CIII. Contraria enim sunt . . . sit subsidium pœnitendi.*»

F. 303—308: «*Unde supra. In natale plurium martyrum. Lectio S. E . . . Omelia beati Gregorii papæ de eadem lectione. Cap. CIII. Dominus ac redemptor . . . in temptatione. Per Jesum . . .*»

Hom. 35 in evang. Edit. Migne P. I. 76, 1259—1265.

Prima sententia ommissa est in codice.

F. 308—309': «*In natale unius Pontificis. Sermo S. Maximi episcopi. Cap. CV. Sancti ac beatissimi istius . . . eum sequeremur ostendit.*»

Edit. Migne P. I. 57, 417—422.

F. 309'—311: «*Item sermo in natale unius Confessoris. Cap. CVI. Hodie fratres karissimi natalem . . . nos redemerat, Christus salvator noster . . .*»

F. 311—313': «*Item de confessore. Lectio S. E . . . Omelia B. Gregorii papæ de eadem lectione. Cap. CVI. Sancti euangelii fratres karissimi . . . ueniat semper timeatur.*»

Homilia 13 in evang. Edit. Migne P. I. 76, 1123—1127.

F. 313'—314: «*Unde supra. Lectio S. E . . . Omelia Hieronimi presbiteri. C. LVIII. De se ipso dominus . . . moralem generaliter instituant.*»

Est Bedæ venerab. cap. 50 expositionis in Lucæ evang. c. XI. Edit. Giles 11, 147—149.

F. 314—314': «*In natale Virginum. Lectio . . . Omelia B. Augustini episcopi de eadem lectione. Cap. CVIII. Inter parabolas a domino . . . dando non sufficere.*» Desinit abrupte.

Numeri capitum I—CVIII qui ad marginem apponuntur etiam in summitate foliorum leguntur.

Cf. Morel, Eins. Handschr. d. K. V. 244. 246—248. 250. 252—254. 256. 258. 260. — Gerbert, Iter aleman. 79. — Rahn, Psalterium aureum 66. (sed erronee.)

**42. (Folio Nr. 46.) Homiliarium. Pars Hiemalis.**

S. X. Membr. 288 × 205. 268 folia (recte 267 quia 49, 85 et 179 bis numerantur 156—159 omittuntur.) Quaterni signantur a—z et I—VII. — Litteræ initiales ornatiores pag. 10. 11. 56. 103.

H. de Ligertia manuculas sæpius adpinxit.

Cf. quæ de codice præcedente, quocum unum corpus efficit, dicta sunt.

F. 1 vacat. F. 1'—3': «*Incipiunt capitula sequentis libri. [?] Dominica V ante natale domini. I. Cum sublevasset . . . Omelia Bedæ.*»

F. 3'—7': «*In vigilia S. Andreæ Apostoli. Lectio s. euang. . . . Omelia ven. Bedæ presb. de eadem lectione. Tanta ac talis est . . . deum uidebunt. Quod ipse præstare . . .*»

Homilia 34. Ed. Giles 5, 249—257.

F. 7'—9': «*In natali S. Andreæ apostoli. . . Omelia beati Gregorij papæ de eadem lectione. Audistis fratres karissimi quia . . . propria contempnenda perducatur.*»

Hom. 5 in evangelia. Ed. Migne P. 1. 76, 1093—1095.

F. 9—9': «*In natali S. Benedicti. Lectio s. e. . . Item de eadem lectione beati Hieronimi presb. Grandis fiducia . . . et omnia possidentes.*»

Commentariorum in Evangelium Matthæi Lib. 3, Cap. XIX. Edit. Migne P. 1. 26, 138—140.

F. 10: «*Beati Augustini de eadem lectione. Amen inquit dico uobis, quod uos qui secuti . . . regenerata per fidem.*»

F. 10'—14': «*In nomine omnipotentis dei. Incipiunt omeliæ siue tractatus beatorum Ambrosii, Augustini, Hieronimi, Leonis, Maximi, Gregorii et aliorum catholicorum ac uenerabilium patrum, legendi tam in dominicis diebus, quamque et in reliquis diuinis festiuitatibus.*

*Dominica V ante natale domini. Lectio s. e. . . Omelia beati Augustini episcopi de eadem lectione. Miracula quæ fecit . . . pervenire mereamur. Prestante domino nostro.*

Tractatus 24 in Joannis evang. Ed. Migne 3, 1592—1596.

In codice f. 13'—14' additur explanatio evangelii ex alio commentario.

F. 14'—19: «*Dominica IIII ante natale domini. Lectio . . . Omelia beati Johannis episcopi de eadem lectione. Cap III. Puto res ipsa exigit ut . . . salvavit. Qui cum deo . . .*»

F. 19—20': «*Dominica V tertia ante natale domini. Lectio . . . Omelia beati Gregorii papæ de eadem lectione. Cap. III. Dominus ac redemptor . . . pervenitis. Ipso adiuante qui.*»

Homilia 1 in evangel. Ed. Migne P. 1. 76, 1077—1081.

F. 21'—24: «*Dominica II ante natale domini. Lectio . . . Omelia b. Gregorii papæ de eadem lectione. Quærendum nobis est . . . Johanne ualeatis.*»

Homilia 6 in evang. Ed. ib. 1095—1099.

F. 24—28: «*Feria III mensis VII<sup>mi</sup>. Lectio s. e. . . . Omelia vener. Bedæ de eadem lectione. Cap. V. Exordium nostræ redemptionis . . . descendere dignatus est Jesus . . .*»

Homilia 47. Ed. Giles 5, 360—368.

F. 28—33: «*Feria sexta. Lectio s. e. Omelia ven. Bedæ de eadem lectione. Cap. VI. Lectio quam audivimus . . . unigenitum suum Jesum . . .*»

Homilia 40. Edit. Giles 5, 295—306.

F. 33—40: «*Sabbato in XII lection. Lectio s. e. . . . Omelia beati Gregorii papæ de eadem lectione. Cap. VII. Redemptoris præcursor quo . . . misericordiæ pignus tenemus.*»

Homilia 20 in evang. Edit. Migne P. 1. 76, 1160—1170.

F. 40—43: «*Dominica I ante natale domini. Lectio . . . Omelia b. Gregorii papæ de eadem lectione. Cap. VIII. Ex huius nobis lectionis . . . ex humilitate ualeatis.*»

Homilia 7 in evang. edit. ib. 1099—1108.

F. 43—46': «*In natali S. Thomæ apostoli. Lectio . . . Omelia b. Gregorii papæ de eadem lectione. Cap. VIII. Cum cuncta sacra . . . decertantes innuat Jesus . . .*»

Homilia 27 in evang. Edit. ib. 1205—1210.

F. 47—49 bis: «*Sermo S. Augustini de adventu domini. Cap. X. Uos inquam convenio . . . nihil quaerere debeatis.*»

F. 49bis —50': «*Item eiusdem de unitate trinitatis et de incarnatione domini. Cap. XI. Legimus sanctum Moysen . . . quæ in terris.*»

In append. Sermo 245. Ed. Migne 5, 2196—2198.

F. 51—52: «*Sermo S. Maximi episcopi de adventu domini. Cap. XII. Læticia quanta sit . . . in spiritu sancto.*»

Homil. 1. Ed. Migne P. 1. 57, 221—226.

F. 52'—55': «*In uigilia natalis domini. Lectio . . . Omelia Origenis de eadem lectione. Cap. XIII. Quæ fuit necessitas . . . sæculi. Qui cum.*»

F. 55'—57': «*Lectiones in natale domini, de Æsaia propheta in I. Nocturno. Cap. XIII. Primo tempore . . . ecce assum. Hec et.*»

F. 58—60': «*Lectio s. ev. Omelia ven. Bedæ presb. de eadem lectione. Cap. XV. Nato in Bethleem . . . deum ac dominum nostrum.*»

Homilia 45. Ed. Giles 5, 345—350.

F. 60'—65: «*Initium s. ev. . . Omelia ven. Bedæ presb. de eadem lectione. Cap. XVI. Quia temporalem mediatoris . . . ostenderet. In qua uiuit . . .*»

Homilia 46, ed. ib. 351—360.

F. 65—66': «*Lectio s. ev. S. Lucam. Omelia b. Gregorii papæ de eadem lectione. Cap. XVII. Quia largiente domino . . . est deus homo.*»

Homilia 8 in evangelia. Ed. Migne P. 1. 76, 1103—1105.

F. 66'—68': «*Omelia beati Augustini de natale domini. Cap. XVIII. Audistis fratres karissimi quemadmodum . . . non humanæ deuotionis.*»

Sermo Fulgentii ed. Venet. 356. Aumer 15.

F. 69—70': «*Sermo papæ Leonis de natale domini. Cap. XVIII. Exultemus in domino . . . regnantem cum deo patre . . .*»

Sermo 22. Edit. Migne P. I. 54, 193—199.

F. 70'—73: «*Sermo beati Fulgentii episcopi de nativitate domini. Cap. XX. Cupientes aliquid de huius . . . et caritate custodiat.*»

Sermo II. Edit. Migne 65, 726—729.

F. 73—74: «*Sermo beati Maximi episcopi de natale domini. Cap. XXI. Hodie fratres karissimi Christus . . . cœlestis fidei veritatem. Explicit.*»

Homil. 10. Ed. Migne P. I. 57, 241—244.

F. 74'—76': «*In natale S. Stephani protomartyris Christi. Sermo B. Fulgentii episcopi. Cap. XXII. Heri celebrauimus temporalem . . . Christi domini saluatoris.*»

Sermo III. Edit. Migne 65, 729—732 ut S, 136.

F. 76'—78': «*Unde supra. Sermo B. Maximi episcopi. Cap. XXIII. Lectio actuum apostolorum . . . nobis. Ipse præstare dignetur qui . . .*»

Homil. 64. Edit. Migne P. I. 57, 379—384.

F. 78'—80: «*Unde supra. Sermo S. Augustini episcopi. Cap. XXIII. Jesus filius nate . . . inimicis oraveris conversus ad dominum Jesum Christum.*»

Sermo 382. Edit. Migne 5, 1684—1686.

F. 80—82: [*Unde supra.*] «*Lectio S. E. . . . Sermo lectionis eiusdem ex commentario B. Hieronimi presb. Cap. XXV. Hoc quod antea dixera-  
mus . . . Christi ora conspicient.*»

Comment. in Evang. Matth. Lib. 4. Cap. XXIII. Edit. Migne P. I. 26, 172—175.

F. 82—85 bis: «*In natale S. Johannis. Sequentia S. E. . . . Omelia Bedæ presbiteri de eadem lectione. Cap. XXVI. Lectio s. evangelii . . .  
peruenire. Per dominum . . .*»

Homilia 35. Ed. Giles 5, 258—266.

F. 85 bis—86': «*In natale innocentum sermo beati Severini [manu  
prima: Severiani]. Cap. XXVII. Zelus quo tendat . . . muneris est di-  
vini.*»

Augustini sermo 109, edit. in Mai, nova Bibl. I. 220—232. — In codice Rhenaugiensi 19. p. 117 adscribitur Petro Chrysologo. Morel, Einsdl. Handschr. d. K. V. 259. — Petri Chrysologi sermo 152. Ed. Migne P. I. 52, 604—607. Idem in codice S, 140 et 83, 276. sub nomine Severini.

F. 86'—88: «*Item sermo beati Johannis episcopi de innocentibus. Cap. XXVIII. Dedicatur nouus ab infantibus . . . per interitum comparatur.*»

F. 88—90': «*Lectio S. E. . . . Omelia uenerabilis Bedæ presbiteri de eadem lectione. Cap. XXVIII. De morte præciosa . . . in taber-  
naculis iustorum.*»

Homilia 36. Ed. Giles 5, 266—271.

F. 90'—93': «*In natale S. Silvestri papæ. Lectio S. E. . . . Omelia b. Gregorii papæ de eadem lectione. Cap. XXX. Lectio sancti evan-  
gelii . . . quod fecimus excuset.*»

Homilia 9 in evang. Ed. Migne P. I. 76, 1106—1107.

F. 93'—95: «*Kalendis Januarii. Octava Domini. Sermo Maximi episcopi. Cap. XXXI. Quamquam non dubitem . . . fructum Paulus inueniat.*»

Homil. 16. Ed. Migne P. I. 57, 255—258.

F. 95—98': «*Unde supra. Lectio . . . Omelia ven. Bedæ presbiteri de eadem lectione. Cap. XXXII. Sanctam venerandamque huius diei . . . vitæ ambulemus. Præstante . . .*»

Homilia 22. Ed. Giles 5, 156—163.

F. 98'—103: «*Dominica I post natale domini. Lectio S. E. S. . . . Omelia Origenis de eadem lectione. Cap. XXXIII. Congregemus in unum . . . sapientiæ nomine commendans.*»

Ut 83, 279'.

F. 103—105: «*Lectioes Esaïæ prophetæ in epiphania domini legendæ. Cap. XXXIII. Omnes sitientes . . . diebus sæculi.*»

F. 105'—106': «*Omelia Leonis papæ in epiphania domini. Cap. XXXV. Celebrato proxime die . . . parata sunt cælestia.*»

Sermo 31. Ed. Migne P. I. 54, 235—237.

F. 106'—109': [*Unde supra.*] «*Lectio s. euang. Omelia b. Gregorii papæ de eadem lectione. Cap. XXXVI. Sicut in lectione evangelica . . . malis amaricati redeamus.*»

Homilia 10 in evangelia. Ed. Migne P. I. 76, 1110—1114.

F. 109'—111: «*Sermo s. Augustini de eadem die. Cap. XXXVII. Nuper celebravimus diem . . . ex gentibus peccatores.*»

Sermo 199. Edit. Migne 5, 1026—1028.

F. 111—112': «*Item cuius supra. De Epiphania. Cap. XXXVIII. Ad partum virginis adorandum . . . infatigabilem caritatem.*»

Sermo 200 ed. ib. 1028—1031.

F. 112'—114: «*Sermo Leonis papæ. Unde supra. Cap. XXXVIII. Gaudete in domino . . . esse consortes. Per Christum . . .*»

Sermo 32. Ed. Migne P. I. 54, 237—240.

P. 71: Finis secundi libri Decretalium XXII die Aprilis 1465 Bononie. P. 110: Finis secundi libri Decretalium. Seq. quartus liber decretal. per abbatem Saulum (?) P. 126: Finis 4<sup>ti</sup> libri decretalium XXVI<sup>a</sup> die Julii Bononie. Sequitur 5<sup>ti</sup> libri d. Jo. de Stams (?) Bononiæ doctor.

P. 172. Finis casuum summariorum quinque librorum decretalium Bononiæ XVI die Augusti. Incipiunt *Sexti et Clementinarum casus*.

P. 228: Finis casuum summariorum VI libri decretalium in die s. Augustini Bononiæ 1465. Sequuntur casus summarii Clementinarum Jo. An. et Genselini. (?)

P. 245. Finis casuum summariorum quinque librorum decretalium VI et Clement. die II patris (?) Augusti Bononie.

P. 280 et 284: 1466 Basilee.

P. 1: Hic liber comparatus est a me Alberto de Bonstetten professo loci Heremitarum in florenti Universitate Basileensi 1466.

Cf. Geschichtsfreund 3, (1846) 10. — De auctore († 1348) cf. Fabric. Bibl. lat. I, 89. — Quellen z. Schweizergesch. 13, 161. — Grandidier, Nouv. œuvres inéd. II (1898.) 22.

### 189. (Fol. N. 73.) **Hugo de S. Victore. S. Bernard.**

S. XV. Membr. 290×208. 292 pp. (recte 294 quia 1 ter numeratur.) — Duæ columnæ. — Tabulæ lignæ corio albo obductæ anno 1601.

P. 1, a. Index totius voluminis. P. 1, b vacat.

I. P. 1—216. Signatura I—XIII.

P. 1, c—210: *Hugo de S. Victore, de Sacramentis. Liber I.*

Ed. Migne P. I. 176, 173—364. — Cf. Chevalier, Repert. 1095. — Fabricius, Bibl. lat. 3, 881.

P. 211—213: *De septem vitiis*. «Septem sunt vitia principalia . . . necessitate excusatur.»

P. 214—216: «*Epist. S. Bernardi Abb. ad canonicos Lugdunenses de conceptione S. Mariæ.*»

Ed. Migne P. I. 182, 332—336.

II. P. 217—236. Folia ab antiqua manu 1—38 signata.

P. 217—236: *Hugo de S. Victore de archa Noë mystica* (alias liber V. de arca Noë).

Ed. Migne P. I. 176, 681—704.

P. 226—291: *Hugonis de S. Victore de Arca Noë (moralis) pro archa Sapientie LL. IV.*

Ed. I. c. 617—680. Decem ultimæ linæ codicis non habentur in editis. Sequitur p. 291 (s. XV:) „Hic finit quartus liber Hugonis de S. Victore de mystica archa Noe, quem hic sequetur eiusdem de eadem liber quintus tractans de figuracione eiusdem arche. Sed idem liber quintus supra positus est ante primum. Cuius initium est primum in planicie ubi archam depingere volo etc. ut supra. A. I. B.“

P. 1, a. (manu s. XV:) Istum librum legavit conventui beate Marie Virginis in Dumo iuxta Eyndoviam ordinis canonicorum regularium honorabilis dominus et magister Martinus de Zomeren canonicus Bustiducensis. [Herzogenbusch.]

P. 2 et 3 (sæc. XV): LIBER MARTINI De Zomeren Canonici in Busco.

P. 47. (s. XV): Liber Sanctæ Mariæ Hamensis ecclesiæ.

P. 206. (s. XV): Liber Magistri Martini de Zocmeren . . . (rasura) Ecclesiæ.

P. 210. (s. XV): Liber . . . (rasura) qui eum abstulerit anathema sit.

#### 190. (4. N. 87.) **Varia SS. Patrum opuscula.**

S. XV. Membr. 237×168. 136 folia, primo non numerato. — Binæ columnæ. — Tabulæ lignæ corio albo obductæ anno 1601.

F. 1—54 numeri paginarum ab antiqua manu notati partim abscisi sunt.

I. F. 1—11: «*Richardus de S. Victore super hoc psalmo: Afferte Domino filii Dei . . . in aspiratione voluntatis.*»

Ed. Migne P. I. 196, 285—308B.

F. 11—52': «*Hic incipiunt sermones sancti Barnærdi de diversis. Primo de nimia quadam fallacia presentis vite. Vera omnino sententia . . . est benedictus in secula seculorum. Amen.*»

Sunt sermones 1—32, 40—42. Ed. Xenia Bernardina Fasc. III. p. 787—858; 885—909

F. 53—54: [*Parabola beati Bernardi clarevallensis de guerra inter Babilonem et Jerusalem.*] «*Inter babilonem et . . . caritatis decem milia.*»

F. 54' [Registrum super prædictos sermones S. Bernardi.]

II. F. 55—103': *S. Augustinus super psalmos graduales* (119—133.) «*Brevis psalmus et utilis . . . ad te benedictio.*»

Ed. Migne IV, 1595—1788.

III. F. 104—132: *Compendium operum S. Dionysii Areopagite.* Folia antiqua manu signata I—XXVII.

«*Omne bonum datum naturalium . . . iuxta consonantiam scriptorum.*»

Fol. 129'—131: [Epistola ad Titum.] «*Thite tota me . . .*»

Ed. Biblioth. max. P. P. 2, 365—367 iuxta aliam versionem.

F. 133—139: «*Incipit epistola beati Dyonisii ad Thymotheum de transitu beatorum apostolorum Petri et Pauli. Saluto te Thymothee . . . laus et decus . . . seculorum. Amen.*» *Explicit epistola . . . et Pauli.*

F. 136' vacat.

Cf. Morel, E. Handschr. d. l. KV. 251.

Folio præambulo index contentorum. „Liber domus beate marie in Gæsdonck prope Goch.“

## VI. CANONES.

### 191. (Fol. Num. 105.) **Canones etc.**

S. VIII—IX. Membr. 318×226. VI et 233 folia (totaliter 239, recte 237, quia 165 bis numeratur, e contra 81, 203 et 204 excisa sunt.) Quaternionum nulla signa. — Tabulæ lignæ corio albo obductæ. — In operculo anteriore scutum gentilitium (Ex-libris) *Signum Phœnicis*.

F. I'—II': *Expositio catholice fidei a sanctis patribus et venerabilibus sanctæ dei ecclesie pastoribus, qui piissimo principe rege Karlo iubente congregati in loco celebri qui dicitur Franconofurd, latine vadus Francorum* [a. 794.] . . . «Credimus in unum Deum patrem omni . . . perficiat in eternum. Amen.»

Ed. Schannat et Hartzheim, Concilia Germaniæ I. 320—327.

F. II'—III': [*Expositio in Epist. II ad Timotheum III, 1—13.*] «*Fidelis sermo si qui episcopatum . . . etiam arguendi.*»

Abrumpitur quia inter III' et IV duo folia, ut videtur, desunt.

F. IV—V: [*Tractatus moralis de avaritia etc. mutilus ab initio.*] «. . . membrum tangitur. Idcirco . . . per contemplationem volat.»

F. V': Arcus duabus columnis impositus coloribus decoratus.

F. VI—1: «*Breb [=breve] nominum episcoporum urbis Rome qui fuerunt a sancto Petro quis quantum sedit. Petrus sedit annos XXV menses IV dies III. Linus sedit . . . Adrianus sedit annos.*»

Duorum ultimorum Pontificum Stephani (768—772) et Adriani (772—795) anni non adscribuntur.

«*De quattuor sinodis receptis. Dicamus nunc quemammodum uniuersalia sanctaque concilia . . . ferentes regulas . . .*» abrumpit imperfecte.

F. 2 vacat. F. 2' Arcus similis illi F. V'.

F. 3—7': [*Elenchus contentorum codicis.*] «*Continet codex iste canones ecclesiasticos et constituta sedis apostolicæ id est Canones Niceni concilii cum præfatione . . . obiurgationis epistola.*»

Ed. Migne P. l. 56, 359—368.



F. 8 vacat. F. 8': [*Brevis notitia de synodis Nicaena, Ephesina, Chalcedonensi et tribus Constantinopolitanis.*] «*Sancta synodus Nicæna in qua . . . Constantinus imperator.*»

Inter 8 et 9 octo circiter folia exciderunt. Deest initium synodi Nicææ usque ad finem cap. 18.

F. 9—229: *Codex canonum ecclesiasticorum*, primum a Quesnellio vulgatus, a fratribus Ballerini emendatus: «*Iste omnimodo tempora . . . viri consularis.*»

Ed. Opera S. Leonis M. III, 473. seqq. — Migne P. l. 56, 396—746. Deest initium (P. l. l. c. 367—396.). F. 25 omittitur sicut et in aliis codicibus clausula synodicæ Gangrensis (cap. V): Hæc autem . . . fieri exoptamus. Ed. 452—453. Inter fol. 81' et 82 extat lacuna in cap. 36—39: „talibus itaque . . . substantiæ cum patre.“ P. l. 581C—583B. F. 87 loca SS. Gregorii et Basilii transponuntur in editione l. c. 595—596. Lacuna foliorum 203 et 204 abstulit initium capitis 80 usque ad verba „ . . . apulis importunus inmiscet“ ex epistola Leonis 59. — Inter fol. 226 et 227 item exciderunt finis cap. 94 et initium cap. 95 ex epp. Leonis 162 et 163. Denique inter fol. 228' et 229 excidit finis cap. 97 et initium cap. 98.

Cf. Maassen, *Bibliotheca Latina juris canonici manuscripta*. Pars I. num. VI. In *Sitzungsberichte d. phil. hist. Cl. d. kais. Akad.* 56. (Wien 1867) 198—199.

F. 229'—230': [*Notitia provinciarum Galliarum.*] «*Metropolis civitas Lugdunensium . . . civitas elufacium.*»

Contulit Mommsen anno 1885 et ed. *Mon. Germ. Auct. antiq.* 9 (1889) 584—612. Sæpe alibi. Cf. Potthast, *bibl. hist.* 868. — Dantier, *Rapport* 31.

F. 231—232: [*Hymni Ambrosiani pro Feria I usque ad Sabbatum. Eiusdem hymnus pro infirmis.*] «*Christe cœlestis medicina patris . . . tempore sæcli.*»

Ed. Ballerini VI, 863 seqq.

F. 232—232' [altera manu s. IX: *Capitulare Attiniacense anno 822.*] «*Dei igitur omnipotentis inspiratione . . . deinceps ullus proue[h]atur.*»

Ed. ex cod. Guelferbyitano *Mon. Germ. Legg.* I, 231. — Migne P. l. 97, 445—448.

F. 232' [Sæc. XI: *Hymnus de S. Maria cum neumis.*] «*Fecunda verbo tu virginum . . . dat sublevandis.*»

Cf. Chevalier, *Repert. hymn.* 6420.

F. 233 vacat. F. 233' [altera manu s. IX:] «*De modis annorum. Primus modus est annus secundum stellam quæ vocatur Mercurius . . . Luna post XXVII dies et VIII horas.*»

Cf. Gerbert, *Iter alem.* 79. — *Archiv f. ält. d. Gesch.* 7, 180, 8, 739. — O. Guenther, *Epistulæ imperat.* (*Corpus SS. eccles.* vol. 35.) p. LXII. — Morel, *Eins. Handschr. d. l. K. V.* 243—245. 249—253. 255—257. 259, 260.

## 192. (Fol. Num. 121.) **Index iuris canonici. A—D.**

S. XVI. Charta. Fol. 54 quaterniones. — Tabulæ lignæ partim corio albo obductæ.

F. 1: *Dono accepit Joannes Udalricus Zazius a Dno Georgio Pistorio Villingensi anno 1534. MDXXXIII.*

F. 2: «*In nomine individue trinitatis p. et f. etc. Amen. Dominica Quasimodo geniti 1521. Caspar Gaislecher.*» [Paisslecher?]

«A pro per exponitur. Si homo . . . Dux qui contumax fuerit capite plectitur Gl. fl. patet qq. 3.»

Opus integrum 4 vel 5 volumina complectebatur.

**193.** (Fol. Num. 154.) **Decretum iuris canonici.**

S. XIII. Membr. subtilis. 355×338. 218 folia (recte 219 quia 21 bis numeratur.) 2 columnæ. Margines largi. Quaterniones I—XXVIII. — Litteræ initiales rubro et cæruleo colore pulchre depictæ. — Tabulæ lignæ corio subflavo obductæ.

F. 1—7: [*Prologus.*] «In prima parte agitur de iustitia naturali et positiva . . . licite copulari valeant.»

F. 6'—7' [In margine]: «Quoniam novis supervenientibus morbis novis est remediis succurrendum idcirco ego Bartholomeus Brixienis . . . sed primus constit.»

F. 7—212' [*Decretum Gratiani*]: «Humanum genus duobus . . . patrem facientem.»

De Bartholomæo Brixienis († 1250) cf. Fabricius, *Bibl. med. et inf. lat.* I, 165. Edit. Paris, 1581. Chevalier 227.

In marginibus passim adduntur glossæ anonymi.

F. 217, b: [*Wernh. de Woleshofen can. Beronensis vendit libros suos monasterio Einsidlensi.*] «In nomine. Amen. Notandum quod sub anno Dni MCCXXXII Ego Magister Wernh . . .»

Ed. P. Gallus Morel in *Serapeum* I (1840) 365—367 et *Geschichtsfreund* 21 (1866) 137—139. — Cf. ib. 124 et 43, 158. — Pertz, *Archiv* 8, 739. — Gottlieb, *mittelalt. Biblioth.* Nr. 213. p. 80—81. — Wernherus de Woleshofen obiit 17. Januarii incerti anni. *Mon. Germ. Necrologia* 1, 553.

[Manu s. XIV]: „Iste liber est dominorum conventualium monasterii loci Heremitarum“.

F. 218 (abscissum) continet rationes cuiusdam notarii.

F. 218' *Benedictio vulneris* lingua germanica pene evanida, difficilis lectu s. XV. (?) „In dem namen des vatters und des heiligen geistes . . . also mosse dise wunde tuon. In dem namen des vatters . . .“

In operculo anteriore documentum mutilum de anno 1438.

**194.** (Fol. Num. 153.) **Decretales Gregorii IX.**

S. XIII—XIV. Membr. 376×240. 298 pp. Margines largi. Duæ columnæ. — Quaterniones non signantur sed custodibus clauduntur. Ab initio mutilum. Inter pagg. 112 et 113 sex folia excisa sunt. — Tabulæ lignæ corio albo obductæ.

*Decretalium Gregorii IX ll. V.*

Octo priores tituli decretalium desiderantur. Incipit: «provinciam uti pallio valeas, indulgeri tibi a sede ap. postulasti . . .»

Decretal. Lib. I. Tit. VIII. capite V. Ed. Richter (Lips. 1839) II. col. 97.

Desinit p. 297: *De regulis iuris.* « . . . homagium compellatur.» L. c. 892.

Dextera scriptoris carcat gravitate doloris.

Scriptor sum talis ostendit littera qualis.

Pag. ultima varia aliena manu.

**195. Rubricæ super Decreta.**

S. XV. Charta. Fol. 123 folia (recte 124 quia 82 bis numeratur.) Vacant 25', 26—28', 121—123'. Scriptura italica. — Ligatura recens.

F. 1—121: *De Iuditiis Rubrica libro VI.* «Tractatus iudiciorum frequentissimus est . . . in Ij<sup>o</sup> consilio et ludanen.»

Est commentarius valde prolixus in librum II Sexti Decretalium.

**196. (Fol. Num. 34.) Panormia Ivonis Carnotensis.**

S. XII. Membr. 258×175. 442 pp. Primum folium vacuum non numeratur nec quaterniones. — Tabulæ lignæ corio albo obductæ.

P. 1—23: «*Incipit prologus Panormiæ vel Pannormiæ Ivonis venerabilis Cartholensis (!) episcopi* multimoda distinctione scripturarum sub una castorum eloquiorum facie contentarum. (E)ceptiones ecclesiasticarum . . . quærere debeat.»

Ed. Migne P. I. 161, 47—60.

P. 24—441: «*Credimus unum Deum . . . ultimis suppliciis offerri.*»

Ed. ib. 1045—1338. — Cf. Archiv f. d. Gesch. 7, 180; 8, 739.

P. 442: [Pseudo] „*Ciprianus*. Duodecim abusiva sunt sæculi hoc est . . . rotatur ad tartara.\* Septem lineæ, argumenta solum eiusdem tractatus Pseudo-Cypriani, ed. Migne P. I. 4, 947—960. — Cf. Morel, E. Handschr. d. I. KV. 256.

**197. (4. Num. 73.) Cresconii liber canonum. Isidori etc.**

S. X. Membr. 245×185. XVI folia et 388 pp. — Tabulæ lignæ corio albo obductæ. — Maniculas adpinxit H. de Ligertia.

I. P. I—262: *Cresconii concordia canonum*. Quaterniones I—XVIII. Folia minora quæ non numerantur post p. 62, 118, 124.

P. I. vacat. P. I': [versus] «*Cresconii monumenta patent . . . concordia conciliorum.*»

Ed. ex hoc codice Maassen, Bibl. lat. I, VI. p. 200.

«*Hic habetur concordia . . . Leonis et Gelasii. Explicit.*»

Ed. Rose, Verz. d. lat. Handschr. d. k. Bibl. Berlin. I, 180—181.

P. I'—II: «*Adnotatio canonum SS. Patrum. Concilium sacrum . . . mella fluit.*» [10 versus.]

Ed. C. Weymann, Hist. Jahrbuch. d. Görresges. 19 (1898) 90. — Migne P. I. 56, 758—759. — Idem 199, 275.

P. II—III': [Præfatio.] «*Domino uere sancto . . . deo digne. Finit præfatio.*»

Ed. Migne P. I. 88, 829—832.

P. III'—XVI': *Capitula CCXCVIII.*

P. 1—233: «*Incipit liber canonum. De ordinatione episcopi . . . catholicos fecerint.*»

Ed. Migne I. c. 832D—942.

P. 233—237: «*Incipit expositio fidei concilio Calcedonensi. Dominus noster . . . anathematizari.*»

Ed. Crabbe. Concil. (Colon. 1551) I, 882.

P. 237—238: «*Apud Niceam. Credimus in unum . . . apostolica æcclesia.*»

P. 238: *Symbolum concilii Constantinopolitani.*

P. 239: «*Ex cognitione quartæ synodi.*»

P. 239—250: «*Incipit epistola decretalis papæ Leonis ad Anastasium episcopum Thessalonicensium. Titulo XXXI. Quanta fraternitati tuæ . . . se humiliat exaltabitur.*»

Ep. 14. ed. Migne P. I. 54, 668—677.

P. 250—261: «*Incipit epistola [Damiani Ticinensis sub nomine] Mansueti episcopi [Mediolanensis] ad Constantinum imperatorem. Domino serenissimo . . . non erit finis.*»

Ed. Migne P. I. 87, 1261—1268. — P. 257—261: „*Expositio fidei*“ habetur etiam apud S. Augustin sermo 200. Mai, Nova Bibl. PP. I, 463—464.

P. 262: «*Incipit expositio S. Augustini de secreto gloriosissimæ incarnationis domini nostri Jesu Christi. Inter cætera et ad locum lege . . . secrete sunt exponenda. Explicit.*»

Idem in codice bibliothecæ Bodleianæ Oxfordii Laud. 882 (118) nostro valde simili. — Cf. Maassen, Bibl. lat. iuris canon. manuscripta, Sitzgsber. d. k. Ak. 57, p. 200—201 et 181—182.

II. 263—388. S. XI. Quaterniones signantur a—g.

P. 263—379: *Isidori Hispalensis De officiis ecclesiasticis II. II.*

Ed. Migne P. I. 83, 738—826.

Libri I cap. 25 „de sabbato,“ et libri II caput 14 „de Acolythis“ omittitur.

P. 380—387: «*Incipit epistola Hieronimi presbyteri ad Dulcinum Buticum.*» [Lucinium Ræticum.]

Ep. 71. Ed. Migne P. I. 22, 669—672.

P. 388 vacat.

Cf. Morel, E. Handschr. d. l. KV. 251. 254. 256.

### 198. In Decretales Gregorii IX etc.

S. XV. (ca. 1468.) Charta. 4<sup>o</sup>. 450 pp. quæ tamen numerantur a. p. 310—758 quia codex olim coniunctus fuit cum 201 et 200. Pagg. 332, 364, 550, 674, 678 bis numerantur, 521, 522, 577, 677 omittuntur. — Ligatura papyr. recens.

P. 310—467: *Notæ in V libros Decretalium Gregorii IX.* «Gregorius servus servorum Dei dilectis in Chro. filiis universis doctoribus et scolaribus Bononiæ commorantibus . . .»

Textus Decretalium hic non habetur sed tantum prima verba cuiusque capituli cum notis alicuius docti.

P. 468—479: *Varia decreta Bonifacii VIII.*

P. 480—620: *Notæ in librum VI Decretalium.*

P. 621—623: *Tractatus de falcone per dominum Bartholomæum de Saxoferrato editus.* «Comes Gwido cum ivisset venatum amisit falconem quendam . . . ut probat dns de celpis.»

P. 623—624: *Epistola Gregorii Schirmer* vicarii Maguntinensis anno 1468.

P. 625 vacat.

P. 626—749: *Casus summarii in Clementis Papæ V constitutiones* partim iuxta *Joh. Andreae*.

Ed. Basileæ 1494. (Inc. 265. aa II.) Conf. cod. 188.

P. 750: «Quæritur utrum contra reum conventum in iudicio sufficiat ad probandum inter eum solum iuratum actoris . . .»

P. 751: «Cur Ecclesia reos sanguinis defendit si ad ipsam confugiant . . .»

P. 752—757: *Repertorium sive continuatio facta super decreto per dominum Paulum de Lyazariis*. «Quoniam faciendi libros plures . . . dignetur qui est benedictus in sæcula sæculorum. Amen.»

Claruit circa ann. 1340. Cf. Fabric. Bibl. 3, 205.

P. 757. [*Formulare cuiusdam consilii iuridici*]: «*Joseph a pharao* . . .»

P. 758: [*Schema librorum bibliæ etc.*]

Cf. Morel, Pertz, Archiv 8, 739.

#### 199. (4. Num. 65.) **Canones concilliorum. Tractatus ascetici.**

S. VIII et IX. Membr. 211×130. 562 pp. (recte 530 quia 153 ter, 311, 312 bis numerantur.) Primum folium non numeratur. Inter 68 et 69 parvulum folium intromissum est. — Tabulæ lignæ corio albo obductæ.

I. P. 1—256. S. IX. *Concilia*. Signantur quaterniones I—XVI.

P. 1—15: *Synodus Carthagenensis* [I. anno 348].

Ed. Labbe 2, 713—718.

P. 15—45: *Synodus Carthagenensis III* [anno 397].

Ed. Labbe 2, 1167—1177. In codice desunt capp. 49 et 50.

P. 45—70: *Synodus Eliberritana* [anni 305].

Ed. Labbe 1, 969—979.

P. 70—80: «*Constitutio sinodi sancti habita in terreturio Arausico* . . .» [I. anno 441.]

Ed. Labbe 3, 1446—1452. — Numerus et ordo tum canonum tum patrum differt ab editione.

P. 80—85: «*Constitutio sinodi Vasinsis Decore consule.*» [anno 442.]

Desunt duo ultimi canones (9 et 10.) — Ed. Labbe 3, 1456—1457.

P. 85—93: «*Incipit concilium Thelense super tractatoriam S. Sirici episcopi pape urbis Rome per Africam.*» [Theleptense anno 418.]

Ed. Labbe 2, 1577—1578. Epist. Siricii (p. 87—95) ib. 1028—1030.

P. 93—99: «*Eusebii in Christi nomine incipit epis. in cano*» [ad Leonem papam. Ep. 97.]

Ed. Ballerini I, 1080. — Migne P. I. 54, 945—950.

P. 100—111: «*Incipiunt canones Epaunensis ecclesie*» [anno 517. Subscriptiones duæ tantum.]

Ed. Labbe 4, 1011—1014.

P. 111—117: «*Incipit sinodus habita in civitate Arelatensi . . .*» [II. anno 452.]

Desunt canones 16, 26—56. — Ed. Labbe 4, 1011—1014.

P. 117—124: «*Incipit sinodus Tarraconensis.*» [anno 516, cum unica subscriptione.]

Ed. Labbe 4, 1563—1566.

P. 124—128: «*Incipit sinodus Jerundensis anno septimo Theoderici regis . . .*» [Gerundensis anno 517; unica subscriptio.]

Ed. Labbe 4, 1567—1569.

P. 129—132: «*Incipit sinodus Cesaraugustana*» [I. anno 381, sine subscriptionibus.]

Ed. Labbe 2, 1009—1010.

P. 132—141: «*Incipit sinodus Hilerdensis XV. Theoderici . . .*» [anno 523. (546)]

Ed. Labbe 4, 1611—1614. Codex tamen non parum differt et unicam habet subscriptionem.

P. 141—153: «*Incipit sinodus Toletania prima . . .*» [anno 400.]

Ed. Labbe 2, 1223—1227.

P. 153b—153c: «*In Christi nomine incipiunt canones ecclesiarum a sanctis patribus constitutas. Sedis apostolice non . . . apofrica deputata.*»

Ex præfatione collectionis Hispanæ. Cf. Migne P. I. 84, 91—92.

P. 153c—184: «*Incipit sinodus Effesana prima ducentorum episcoporum [h]abita aduersus Nestorium Constanopolitanum (!) episcopum. Qui purum hominem ex . . . maneat sacerdotibus.*»

Ed. Migne P. I. 84, 151—160.

P. 154—178 epistolæ *Cyrylli* ad Nestorium ed. Labbe 4, 412—418. Cf. ib. 396—409. P. 178—184 alia ad Nestorium decretalis epistula ed. inter *Isidori* opp. I. c.

P. 184—218: «*Incipit sinodus Calcidonensis sexcentorum triginta episcoporum abita contra . . . uiris CC. consulibus.*»

Ed. Labbe 4, 564, 568 . . . 885—888. — Partim Migne P. I. 84, 161 etc.

P. 218—223: «*Incipit regule fidei cathol. Contra omnes hereses . . . anathema sit.*»

Ed. Labbe 2, 1227—1228.

P. 224—233: «*Incipit sinodus Toletani apud Montanum . . .*» [Toletanum II anno 531.]

Ed. Labbe 4, 1734—1735. — Migne P. I. 84, 335—337.

P. 233—256: «*Incipit Sinodus Toletana tercius. In nomine domini nri Jesu Christi Regnante anno IIII gloriosissimo . . . quam in ecclesia catho.*» [anno 589.]

Abrumpit in subscriptionibus episcoporum. Ed. Labbe 5, 997—1008C. — Ed. Migne P. I. 84, 341—349C.

II. P. 257—430. S. IX. Quaterniones I—XI signantur.

P. 257 vacat. P. 258—273: «*Incipiunt ecclesiastice Regulæ sanctorum Apostolorum prolatæ per Clementem ecclesiæ Romane pontificem.*»

Quæ ex grecis exemplaribus in ordine primo ponuntur. Quibus quam plurimi quidem consensum non præbuere facile et tamen postea quædam constituta pontificum ex ipsis canonibus adsumpta esse videntur. *Incipiunt canones apostolorum . . . spiritus sancti. Expliciunt canones apostolorum.*»

Ed. Labbe 1, 45.

P. 274—303: «*Incipiunt constitutio et fides Nicæni concilii. Facta est . . . Gamdos bosforon.*»

Ed. Labbe 2, 39—54. — Migne P. l. 56, 759—773. Cf. ib. 84, 93—103.

P. 275—276: «*Incipit præfatio SS. Concilii. Concilium sacrum . . . mella fluit.*»

Ut 197, I.

P. 303—318: «*Incipiunt regulæ Ancyranæ concilii. Iste regulæ priores . . .*»

Ed. Labbe 1, 1463—1469. — Migne P. l. 56, 749—755. Satis differt. — Ib. 84, 103—108 alia translatio. — Codex addit subscriptiones.

P. 318—324: «*Incipiunt canones Concilii Neocesariensis.*» [anni 314.]

Ed. Labbe 1, 1483—1488. — Migne P. l. 56, 755—757 sed multum discrepat. — Alia versio ib. 84, 109—112. Codex habet insuper subscriptiones.

P. 325—336: «*Incipit synodi SS. Gangrensis præfatio. Dominis honorabilibus . . .*»

Ed. Labbe 2, 414—415; 421—423. — Migne P. l. 56, 786—790. Non bene congruit cum editione. Cf. ib. 447—452 et P. l. 84, 111—114 ubi altera versio. In codice deest finis, (edit. col. 115) non vero subscriptiones.

P. 336: «*Antioçeni concilii cap. VII . . . eiusdem cap. VIII.*»

Ed. Labbe 2, 576. — Migne P. l. 84, 124C.

P. 337—355: «*Incipit textus canonum concilii Laudocensis . . .*» [anno 320.]

Ed. Labbe 1, 1507—1515. — Migne P. l. 84, 129—135. In codice deest enumeratio ll. Bibliæ.

P. 356—362: «*Incipiunt regulæ Constantinopolitani. Sub Theodosio (!)* . . .» [I anno 381. In fine subscriptiones.]

Ed. Labbe 2, 953—957. — Migne P. l. 84, 135—138.

P. 362—382: «*Incip. Regulæ ecclesiasticæ promulgatæ a Calcedonensis (!) s. concilio.*»

Ed. Labbe 4, 771—778. — Migne P. l. 84, 166—172 sed alia interpretatio.

P. 383—418: «*Incip. epistolæ PP. Gelasio. Papæ Gelasi generale decretum . . . Necessaria rerum dispositione . . .*»

Ed. Migne P. l. 84, 797—806.

P. 419—430: «*Epistola papæ Anastasii urbis Romæ ad imperatorem Anastasium pro pace ecclesiarum. Gloriosissimo . . . Exordium pontificatus mei . . . beneficia per indignum.*»

Abrumpitur in cap. 7. Ed. Migne P. l. 84, 807—810B. — Cf. Archiv f. ält. d. Gesch. 7, 180.

III. P. 431—526. S. VIII—IX. *Ascetica*. Quaterniones signantur X—XV ex quo patet hanc partem esse continuationem codicis 281, qui continet quaterniones I—IX. — Initiales varii coloris. — Maniculi H. de Ligertia.

P. 431—440: «*Incipiunt questiones*. In primis dicit apostolus: Nolite facire peccatum . . . te iudicabo in secula seculorum.»

P. 440—444: «*De futuro iudicio et de qualitate gehennæ*. Age iam cum ad illud . . . donauerit disputemus. Explicit.»

P. 444—452: «*Item alia de conpunctione*. Queso uos dilectissimi fratres . . . cum Christo regnare.»

P. 452—459: «Satis nos oportet timere tres causas . . . omnibus sanctis in secula . . .»

Ab initio usque ad p. 457 fere convenit cum S. Augustini sermone 68 ad fratres in Eremo ed. Migne VI, 1354—1355. Sed inde pergit codex: „Sicut beatus Augustinus dixit Dominica die resurrectionis mane qua hora dns . . .“

P. 452 manus s. XII lineis 13 versionem interlinearem adiecit idiomate mihi prorsus ignoto, hispanico forsitan affine: «A funda nos des time tres causas care frares per aquilla tutilo seulo perdudo . . .»

P. 459: «*Incipit oratio S. Augustini*. Domine deus omnipotens qui in . . . patre et spiritu.»

P. 460—461: «*Oratio post Completurium*. In pace Christi . . . in gaudio. *Oratio itineris*. [pro itinerantibus.] Anbulemus in uirtute . . . in gaudium.»

P. 461—510: «*Incipit dicta abbates Priminii de singulis libris canonicis scarapsus*. Fratres karissimi spiritus sanctus . . . deus per omnia secula seculorum amen.»

Scarapsus S. *Pirminii* quem ed. ex hoc codice Mabillon, *Vetera Analecta* Tom. IV. (Paris 1685) App. p. 569 seqq. — Nova ed. (Paris 1723) 65—73. — Gallandi *Bibl. Patr.* 13, 277. — Migne P. I. 89, 1029—1050. — Denuo codice diligenter collato ed. C. P. Caspari in *Kirchenhistorische Anekdoten I* (Christiania 1883) 149—193. — Teutonice vertit Ph. Heber, *Die vorkarolingischen Glaubenshelden* (Frankf. a. M. 1858) 238—248. — Excerpta germanice ed. P. G. Morel in *Pilger I.* (Eins. 1842) 131—133, 416—417, 428—429. — Gatrio, d. Abtei Murbach I (1895) 27—38. — Cf. P. Justus Landolt, *Christianisierung* 61. — *Acta SS. Boll.* 3 Nov. II. 22—23. — Caspari l. c. VIII—XI. — Hauck, *Kirchengesch. Deutschl.* 1, 319—324.

P. 510—515: «*Incipiunt monita S. Porcarii abbatis*. In mente habe quia hospis . . . mereberis obtinere. Amen.»

Ed. *Magna Bibl. Vet. Patr.* 15. (Colon. 1614) 832—833. — *Bibl. max.* PP. 27, 483—484. Deest in ed. Migne. — Cf. Fabritius, *Bibl. lat.* 3, 313. — Chevalier, *Repert.* 1864. — Alter codex prostat in biblioth. Paris. teste Montfaucon, *Bibl. MSS.* II. p. 1038. nr. 112.

P. 515—521: «*Incipit sermo S. Augustini ad ex/hortandam plebem*. Gaudemus fratres karissimi . . . liberare dignetur qui cum patre . . .»

Ed. Migne sermo 266. V. append. 2240—2242.

P. 521—526: [*Exempla de vitis Patrum*.] «Frater quidam interrogabat abbatem Ammonem . . . manifestauit quæ acta sunt.»



De vitis Patrum Lib. V. libellus III. 2. 3. 166. Ed. Migne P. 1. 73, 860—861; 794—795. Cf. Morel, Pertz, Archiv 8, 739. — Idem, E. Handschr. d. l. KV. 244, 246, 250—252, 257—260. — Codicem describit Fr. Maassen, Bibl. lat. jur. can. MS. I. VI. (1867) 201—205.

### 200. *Processus iuris.*

S. XV. Charta. 4<sup>o</sup>. 73 folia. Restat præterea antiqua paginatio 168—309 ex quo patet codicem mediam partem esse alterius cuius prima pars codex **201**, et ultima codex **198**. Partes separavit et ligaturam modernam addidit P. Gallus Morel.

F. 1—71: *Processus juris*. «In nomine domini. Amen. Rex pacificus cunctorum causa effectiva . . . ut est moris et sic totum finit etc.»

Idem opus extat in codice **627**.

F. 71: Varia, e. gr. versus „Felix ille locus ubi vitis habundat amena . . .“

F. 71'. Itidem versus *rarii* etc. F. 72—72' Gradus affinitatis.

### 201. (4. Nr. 71.) *Ars notariatus.*

S. XV. (circa 1460.) Charta. 215×160. 168 pp. — Quaterniones non signati. — Ligatura s. XIX.

Quondam codici **198** coniunctus

P. 1—104: [*Tractatus de arte notariæ*.] «Tractaturi de arte notarie sive notariatus primo videndum . . . rogatus pariter et requisitus.»

Constat tribus partibus principalibus, quarum prima habet præfationem et 8 capitula, 2a 9, tertia 4 capitula. P. 89 et 92 exempla afferuntur de anno 1458, quo anno liber scriptus esse videtur.

P. 104—125: [*Varia exempla instrumentorum notarii*] substitutionis vel constitutionis procuratoris, resignationis, intimationis, acceptionis, inductionis, compromissionis, apellationis, emancipationis, testamenti etc. Nominantur canonici Bambergens. Spirens. Herbilopolens. Erfurdens.

P. 126—130: *Una introductio procurationis*.

P. 131—147: *Pro incipientibus in iure*. «Quia præposterus est ordo presens humana petere . . . habent pleros rarissimos.» Varia de corpore iuris tum civilis tum canonici.

P. 147—153: *Alphabetum iuris* «in quo communiores saltem abbreviature textuum et glosarum iuris continebuntur.»

P. 153—162: *Transsumptum de libertate ecclesiarum et personarum*. «Anthonius de Rotenhan, decanus ecclesiæ Bambergensis . . . dominis sanctæ Marie et sancti Severi Erfordens. et s. Petri Iecheburgens. ac s. Martini Helgenstadens. nec non SS. Petri et Pauli Dorlanens. Mogunt. diœces. [etc.] Inest p. 154—160 Bulla Papæ Martini V: «Ad compescendos conatus nefarios . . . dat. Florent. VIII Kalend. Septembr. pontif. anno 2<sup>o</sup>.» [1419.]

Transsumptum est (161:) de anno 1421 indict. 4<sup>a</sup> die Mercurii, 28 Maii pontificatus Martini a. IV<sup>o</sup>.

Sequitur p. 121—162 aliud instrumentum Joh. Kircham (?) decani ecclesiæ S. Petri Frideslariens. de anno 1457.

P. 163—168: *Confirmatio Nicolai*. «Hermannus Greffe, cantor ecclesiae S. Severi Erford . . . [vidit] litteras Petri episcopi Augustens. Card. S. Vitalis . . . datum Auguste 1460 (?) indict. 14. pontific. V<sup>o</sup>, die Martis, 13 April.»

Vidimus de littera apostolica *Nicolai V.* «Enormitas nephandi sceleris quod per nonnullos . . . dat. Romæ apud S. Petrum anno 1455, idus Febr. pontif. 1<sup>o</sup>.»

P. 62, 91, 100, 153, 168 versus latini varii argumenti.

Cf. Archiv f. ält. d. Gesch. 8, 739.

### 202. (4. Nr. 11.) **Raymundi Summa.**

S. XIV. Membr. 193×138. 436 folia (recte 438 quia 109 et 177 bis numerantur.) pp. 90', 404, 404' vacant. Quaterniones non signantur. — Tabulæ lignæ corio albo obductæ et insignia abbatis Augustini Hofmann (1601) præ se ferentes.

FF. 1, 91, 166, 333, 333' litteræ initiales elegantissime depictæ et deauratæ.

F. 1—396': [S. *Raymundi de Pennaforti Summa de pœnitentia et matrimonio.*] «*Incipit summa Reimundi cum apparatu.* Quoniam ut ait Jeronimus De penit. D. I. C. II. secunda post . . . ego Reimundus frater ordinis predicatorum minimus . . . sancto. Amen. Explicit summa matrimonii.»

F. 397—403': *Pretitulationes prime partis summe Remundi.*

F. 405—436' [binæ columnæ: *Index alphabeticus.*] Abbas — Uxor.

De auctore et editionibus cf. Fabritius, Bibl. lat. 3, 213—214. — Hain, Repert. 12711.

### 203. (8. Nr. 12.) **Constitutiones O. S. Francisci.**

S. XIV init. Membr. 153×114. 216 pp. Quaterniones non signati. Variæ manus. — Tabulæ lignæ corio albo obductæ.

I. P. 1—24. *Declaratio regulæ Domini Clementis Pape.* «Clemens . . . Exivi de paradiso . . . predicto anno Dni MCCCXII.»

Ed. in corp. iur. Clementin. L. V. Tit. 11. cap. — Wadding, Annales O. Min. 6, 202—211. — Cf. Rainaldi, Annales eccles. 1312. T. 23. p. 562. — Hefele, Concil. Gesch. (1 ed.) 6, 483.

P. 21—22, 24 vacant. P. 23: alia manu [De *visitatione monasteriorum monialium.*] «In Christo sibi carissimo fratri Heinricho, magistro Alamannie superioris, frater *Gunsalvus*, Ord. Fr. Min. Generalis magister et servus. Salutem in domino sempiternam. Quia interdum oportet et expedit fratres mitti ad monasteria que non sunt ordinis S. Clare, habita super hoc speciali commissione a Summo Pontifice Domino Benedicto papa XI<sup>o</sup> . . . anno Dni 1304.»

II. P. 25—102: [Duodecim tituli vel Statuta edita anno 1316.] «Quoniam ut ait sapiens, ubi non est sepes . . . in quolibet capitulo generali.» Ad marginem variæ notæ adiaciuntur. P. 104 Obitus reginæ Johannæ Franciæ pridie Non. April. et C. Tullensis episcopi.

P. 104—109: [*Epistola frat. Henrici provincialis Alemaniae superioris ad fr. Rudolfum custodem data Argentinæ VI Non. Dec. continens epist. fr. Michaëlis generalis ministri datam Avinione III Kal. Novembr. a. 1316. quæ incipit: «Gravi qua premor sarcina mei officii . . .»*]

P. 109—110: [*De usu calceamentorum.*]

P. 111, 113—116 vacant. P. 112: *Littera Generalis [fratris Michaëlis]* «Cum almus Christi confessor Franciscus in regula suadeat ut fratres omnes . . . dnus Johannes XXII<sup>as</sup> in declaratione nuper edita . . . usque ad terciam uel.»

Desinit abrupte. — Cf. Waddingi Annales O. M. 6, 274.

III. P. 117—140: [*Constitutiones provinciales et Ordinationes visitatorum.*] «Iste sunt constitutiones provinciales facte in Capitulo Columbariam.» [Colmar.]

P. 128 additur in cedula addidita: *Constitutio edita in capitulo Herbipolensi.*

P. 130: De Anniversario dni Tullens. et Zamerine [Alia manu in margine *De capit. Ezzelingensi.*] edit. Mone, Q. Sammlg. I, 221.

P. 131—139. *Ordinationes visitatorum a. 1309 facte in provinciali capitulo in Sarburg celebrato.*

IV. P. 141—172. [*Varia statuta.*]

P. 141 vacat. P. 142—143: *Memorialia capituli Argentinensis.*

P. 144—164: [*Decem tituli capituli Argentinensis a. dni. 1341.*] «Fr. Joh. de Ravenspurg . . . et anno supradictis.»

P. 164—167: [*De electione abbatissæ.*]

P. 168—172 vacat.

V. P. 173—185: *Epla Johannis Portuensis et Ruffine epi. data Pictavis Kal. Octobr. 1307 ad fratres O. Min: «Liceret (?) ex iniuncto nobis . . .»*

P. 185—186: *item alia data Avinione 21 April. 1309.*

VI. P. 187—198: [*Frater H[enricus] minister Alemannie superioris sororibus ordinis S. Clare varia inculcat. Datum Basileæ 1303.*]

P. 187 vacat. P. 198 (alia manu:) Fr. Joh. Portuens. et S. Rufine epus abbatisse et conventui S. Clare de Friburgo. Avinione 5 Jan. 1313.

VII. P. 199—216: [*Variæ ordinationes variis manibus.*]

P. 199—203: *De conversis [in monasteriis monialium.]* «Iste sunt admonitiones facte fratribus conversis. Fratres recordentur quod . . . sine licentia abbatisse.» P. 204 *Decreta capituli generalis Neapoli celebr. an. 1316.*

P. 207. *Constitutiones generales Venetiis editæ a. 1346.* P. 216 vacat.

Waddingus 7, 330: „Huius Capituli non meminit Rodolphus, neque ulla eius acta ab alio quopiam referuntur.“

De codice mentionem facit N. Archiv f. ält. d. Gesch. 8, 740.

**204. (Fol. Nr. 93.) Schwabenspiegel.**

S. XIV exeunt. Membr. 272×205. VIII et 93 folia ab antiqua manu signata (sed erronee nam 19 et 62 bis numerantur.) Fol. 1—93 binæ columnæ. — Quinternionum et duorum ultimorum quaternionum signa (I—VIII additis litteris a, b, c, d) plerumque abscisa. — Ligatura pergamena, fragmentum antiphonarii sæc. XV cum notis musicis.

F. I et VIII vacant. F. II—VII: [*Index capitum minio scriptus.*] «Hie hebt sich an das lantrecht puech. Das erst Capitel . . . Daz ist von des pueches sloz XLV.»

F. VII' [manu s. XV.] „Peter von Rammingen Prothonotarius Ludowici Comitis Württembergensis.“

F. 1—93: «Hie hebet sich an das lantrecht Puech. Das erst Capitel. Herre got himelischer Vater . . . Vnd der heilig gaist. Amen.»

Contulerunt Friedr. v. *Lassberg*, cuius epistula anni 1834 libro apposita est; W. *Wackernagel* pro edit. Zürich 1840. Cf. præfat. p. VII. et *Rockinger*. Cf. eiusd. Berichte über d. Handschr. d. sogen. Schwabenspiegels. Wien Sitzgs. Berichte 107 p. 25; ib. 118. X. p. 7. not. p. 40. ib. 119. VIII. p. 21. — *Haiser* K. Zur Genealogie d. Schwabenspiegelhandschriften. II. Weimar 1877. p. 6. — *Honeyer*, Verzeichn. d. deutschen rechtsbücher des mittelalters u. ihrer handschriften. Berlin 1856. p. 178. — *Pertz*, Archiv 8, 746.

**205. (Fol. Nr. 205.) Canones.**

S. IX. Membr. 280×164. 230 pp. manu s. XVII signatæ. — Quaterniones signati a—m. Variæ manus. — Tabulæ ligneæ corio albo obductæ.

P. 1—38: [*Acta Concilii Nicæni.*] P. 1—5: [*Epistula Constantini et Licinii ad Silvestrum.*] «Beatissimo Siluestro in urbe Roma . . . se protestatur acturum.»

P. 5—7: [*Incipit tituli canonum ecclesiasticorum sive statutorum sinodi Nicenæ. I—XLVI.*]»

P. 8 altera manu s. X [*Hymnus de adventu Dni cum neumis.*] «Sol astra terra hec hora . . . sempiterna secula. Amen.»

Cf. *Chevalier* 19079.

P. 8. [altera manu s. X:] «Gloria in excelsis deo . . . est dei patris. Amen.»

Cum neumis valde antiquis.

P. 10—30: [*Canones concilii Nicæni præmisso simbolo.*] «Item incipit expositio fidei Nicene vel synodice discipuli. Credimus in unum deum . . . ei est exhibenda. Canones siue decreta concilii Niceni expliciunt. Suscripserunt autem omnes episcopi sic ego ille episcopis (!) illius civitatis . . . explicit.»

Ed. P. Quesnelli ad S. Leonis M. Opp. II. Append. Paris 1675. — Glossas theotiscas ed. *Steinmeyer* AHDGl. 2, 151.

P. 38—39: «Incipit canon sancti Siluestri papæ urbis Rome et CCLXXXIII episcop. Fecit hos gradus . . . datur mistica veritas.»

P. 39—41: [*Varii Canones Nic. August. Gelas. Laod. Agat. Calced. Arelat.*] «De eo quod nullus debet iudicare episcopum. In historia ecclesiastica Constantinus rex ad . . . sui auctoritate reuocetur.»

P. 41—44: «*Incipiunt capitula ex[a]rpsum de libro canonum. I. Ut præter scripturas canonicas nihil . . . LXIII De lapsis et penitentibus.*»

„Dasselbe Rubrikenverzeichniss, welches Aug. Theiner Über Ivo's vermeintliches Decret S. 4. aus der Wiener lat. Handschrift 2171 mitgetheilt hat. S. Codd. lat. Paris 1603, Burgund N. 10127 seq., Sangall. 675. Darmst. 2179.“ Maassen, *Bibl. iuris can. I.* Wien. Sitzgsber. 56, 207.

P. 44—177: [*Collectio canonum valde similis Hervallianæ.*] «*In dei nomen incipiunt breviarium collectum de canonis. Ut præter scripturas . . . nisi per pænitentiam publicam non oportit admitti.*»

De hac collectione conf. *Ballerini*, De antiquis collectionibus canonum p. 275—278. P. IV. c. VIII. §. 2. — *Rose*, Verz. d. lat. Handschr. d. Bibl. z. Berlin. I. Nr. 87, p. 182—183 qui etiam Her explicat per „*numerum*“.

E singulis excerptis hæc speciatim notanda videntur:

P. 50—61: *Epistula S. Gregorii papæ urbis Romæ ad Aetherium episcopum Lugdunensem.*

Lib. 9 ep. 106. ed. Migne 77, 1028—1033.

P. 61—64: *Item epistula S. Gregorii papæ urbis Romæ ad Brunihildem reginam*: «*Domine gloriosissime atque . . . Postquam . . . deuotione sollicita*» . . . *mutila desinit.*]

Lib. 9 ep. 109. ed. Migne 77, 1037—1038. B.

P. 64—66: «*Incipiunt sententiæ de expositione Isidori super Levitico de sacerdote magno et cultu eius. Her. XIII. Dicit enim de eo: capud iniquid suum . . . contemnere gulam.*»

Isidori quæst. in vet. testam. Levit. 12, 11—14. Ed. Migne P. I. 83, 331—332.

P. 66—67: «*Item sententia Isidori super Levit. Her. XIII. Inter hæc etiam iubetur . . . scientia ueritatis.*»

Ed. ib. cap. 13, 332—333.

P. 88—94: [*Epistula (spuria) Hormisdæ.*] «*Incipit epistula Ormidsi papæ per uniuersis prouintiis. Ecce manifestissime constat . . . canones continere uidentur.*»

Ed. Migne P. I. 63, 527—529. — Cf. Jaffé, Reg. † 868.

P. 97—100: «*Epistola Innocentii papæ. «Si instituta ecclesiastica . . . ad consolationem respondere.*»

Fragmentum ed. Migne 20, 551—555A et 56, 513—515. — Cf. Jaffé 311.

P. 150—155: «*Sententia S. Johannis de libro I, super Miserere mei Deus de coniugatis. Volo ergo ostendere . . . in futuro mereamur. Per Chr.*»

P. 172—173: «*Incipit epistola S. Sirici ad Hegerium episc. Tarri-conensem. Hera XI. De laicis pænitentibus nullum . . . episcopis conuenit iudicare.*»

Fragmentum epistolæ I ad Himerium episcopum nr. 18—19. ed. Migne P. I. 13, 1145—1146.

P. 177—196: «*Incipiunt capitula de expositione diversarum rerum beati Gregorii papæ urbis Romæ qua[e] transmitit in Saxonia[m] ad*

*Augustinum episcopum, quæ ipse pro se ad prædicandum misit. I. Interrogatio. De episcopis qualiter . . . quam portat invitus.»*

Lib. 11 ep. 64. Ed. Migne P. 1. 77, 1183—1200.

P. 196—198: [*Decretum Synodi Romæ habitæ sub Gregorio II. die 5. April 721. de coniugio.*] «*Gregorius sanctissimus ac beatissimus apostolicus papa ante corbus beatissimi Petri in sinodo resedens dixit: Hinc maxime . . . bene valet.*»

Cf. Mansi, Conc. XII, 261. — Labbe 6, 1456—1457.

P. 198—202: «*In nomine domini incipiunt capitularea Gregori sancte papa[e] urbis Romæ datum reverentissimo fratri nostro Martiano episcopo seu Gregorius prebitero sanctæ sedis apostolicæ atque Dorotheo subdiacono predictæ sedis euntibus cum domini auxilio in Baiara id est. I. Caput. Ut datis nostris scriptis . . . angelis eius. Bene valet. Data iussione id est Maias . . . anno tertio pontificatus eius.*»

Epistola Gregorii II. ed. Mon. Germ. Ll. III, 451—454 hoc codice non consulto. — Item Migne P. 1. 89, 531—534.

P. 202—210: *Epistola S. Hieronimi qualiter clerici vivere debeant in hoc mundo.* «*Eusepius Hieronimus Ocheano suo salutem. Deprecatus es . . . casto confirmetur affectu.*»

Spuria. Ed. Migne P. 1. 30, 288—292.

P. 210—219: *Item epistola s. Hieronimi ad Amandum presbiterum.* «*Brevis epistola non valet . . . totus in cunctis.*»

Ep. 55. Ed. Migne P. 1. 22, 560—565.

P. 219—222: *Item sententia s. Hieronimi in commentario super Mattheum Liber III.* «*Et accesserunt ad Jesum . . . nos subicimus servituli.*»

Excerptum ex Lib. III in cap. XIX v. 1—10. Ed. Migne P. 1. 26, 134—135.

P. 222—224: *Item sententia s. Hieronimi ad Pammachium.* «*Curramus ad reliqua . . . lance pensandum est.*»

Varia excerpta ex epist. 48 ad Pammachium Nr. 4—9. Ed. Migne 22, 495—499.

P. 224—230: «*Sententia de libro s. Augustini episcopi. Profecto mulier alligata est . . . non me contineri, ne fornicarer nupsi.*» Ab-rumpitur.

Excerpta ex S. Augustin. lib. II. De coniugiis adulterinis. cap. V—X. Ed. Migne VI, 473—478.

Cf. Pertz, Archiv 8, 740. — Fusius hunc codicem descripsit Dr. F. Maassen, Bibl. lat. iur. can. manuscr. Pars I. VI. Wien. Sitzgsber. 56 (1867) p. 205—208. Idem ait hunc codicem cum Vindobonensi lat. 2171 concordare ut et cum Sangallensi 675 quem describit ibid. p. 211. Sed et codex Sangallensis 682 s. IX multa eiusdem argumenti continet. Cf. ibid. 212. Glossæ germanicæ paucæ pp. 10, 15, 17, 18.

P. 15 partim abrasa et denuo scripta est. In operculo anteriore „Exlibris“ ligno expressum: Signum Phœnicis. — Cf. Morel, Lat. K. V. 246. 251—256. 259.

## VII. THEOLOGIA.

### 206. (*Speculum humane salvationis.*)

S. XV. Membr. 365×271. 92 pp. Binæ columnæ. Multa folia excisa. Quaterniones non signati. — Ligatura papyracea s. XIX.

A pag. 4—91 singulæ paginæ exhibent duas imagines atramento delineatas (grisaille) et partim coloribus ornatas. Margines passim artificiosissime floribus et auro ornati.

[Textus initium deest.] P. 1. [*Index capitum* 34 (p. 66) — 45.] «linguarum scientie collisione. Istud figuratum . . . gaudiis gloriose virginis et terminantur capitula huius libelli et uoluminis. Predictum prohemium de contentis huius libri compilavi et propter pauperes predicatores apponere curavi quod si forte nequiverint totum librum compariare, si sciunt historias possunt ex ipso prohemio predicare.»

P. 1—2: [*Præfatio.*] «Qui ad iustitiam erudiunt multos . . . me gratum tibi fieri.»

P. 3 vacat. P. 4—91: [*Textus speculi humane salvationis metricæ.*]

«Incipit speculum humane salvationis

In quo patet casus hominis et modus reparationis . . .

Ubi sine fine merear gaudio sempiterno perfrui.

Quod nobis omnibus parare dignetur dominus Jesus Christus

Qui cum patre et spiritu sancto est in eternum benedictus. Amen.»

P. 92 vacat. Folio ultimo P. G. Morel Indicem figurarum et capitum adiecit. — Singula folia excisa sunt post pp. 58, 86 et 90 ita ut loco 192 imaginum tantum 176 adsint.

Huius operis plures supersunt codices; valde similis textus sine picturis tamen habetur in codice Engelbergensi 328. Item in codice Sangallensi 918 p. 598—718. Cf. Scherrer l. c. p. 345 et Nr. 972 b. ib. p. 366. — Gothanus A 777. Jacobs & Ukert Beitr. 1, 159—160. — Cf. Ebrle, Hist. bibl. summor. pontif. 1, 216 Nr. 68; 431 Nr. 2035; 504 Nr. 754.

De libro et eius editionibus tractant J. M. Guichard, Notice sur le speculum humane salvationis. Paris 1840. — Falkenstein, Gesch. d. Buchdruckerkunst p. 29—30. — Hain, Repertorium 14929. — Jacobs, l. c. 152—159. 459.

De codice nostro egerunt Calmet, Iter helveticum 51—52 qui meminit cuiusdam picturæ in qua „homines prorsus nudi dormiunt“ Hæc iam deest. — Lütolf, Geschfr. 22, 96-nota 4. — Hist. polit. Blätter 67, 359. — Kuhn, Stiftsbau 197.

### 207. (Fol. Nr. 131.) (*Johannis de Friburgo*) *Summa confessorum.*

S. XIV. Membr. 350×245. 390 folia; binæ columnæ. F. 328'—331 tres columnæ. — Sexternorum tantum I<sup>us</sup> et II<sup>us</sup> signantur. — Duæ manus. — Tabulæ lignæ corio albo obductæ et clausura firmatæ.

Elegantissimæ litteræ initiales rubro cœruleoque colore pictæ et artificiose delineatæ.

P. 1—1': «Nota quod lector iste Johannes ante compilationem huius summe confessorum fecerat tabulam super summam Raymundi et apparatus eius, verificationem quoque seu declarationem plurium que in ipsa summa et glossa ipsius habentur, nec non et quendam libellum spiritualem de questionibus causalibus cui libello hunc prologum preposuit. Et quia de prioribus hiis opusculis mentio fit in sequenti prologo, ideo ad intellectum illius hunc illi iudicavit preponendum. *Prologus fratris Johannis lectoris in priorem libellum questionum casualium.* Quoniam dubiorum nova . . . lector poterit informari. *Explicit. Incipit prologus eiusdem fratris Johannis lectoris in summam confessorum.* Saluti animarum . . . principalibus titulis supponendo.»

F. 1'—2' [*Tituli librorum.*]

F. 3—328: «*Incipit summa confessorum compilata a fratre Johanne lectore ordinis fratrum Predicatorum. De Symonia. Titulus primus.* Quoniam inter ecclesiastica . . . hic conclusit. Cui est honor in secula seculorum. Amen. *Explicit tractatus de matrimonio et finitur per consequens quasi in quatuor libros distincta tota Summa confessorum.*»

F. 328'—331: «*Isti sunt paragrafi (!) summe fratris Raymundi . . .*»

F. 331'—343: «*Incipiunt statuta summe confessorum ex sexto decretalium addita . . . Explicit compendiosa collectio quorundam statutorum ex sexto decretalium addita ad summam confessorum.*»

F. 343: «*Prologus tabule.* In hac tabula ubicumque fit . . . dictionis materia perlegatur.»

F. 343—390: «*Incipit tabula super summam confessorum.* Abbas. Utrum unus abbas . . . multis aliis locis. *Explicit tabula super Summam confessorum.*»

F. 251 et ultima pagina vacant.

De auctore († 1314), qui etiam vocatur Rumsick cf. Schulte, *Allgem. d. Biogr.* 14, 455. — Kaulen, *K. Lex.* 16, 1675. — Fabritius, *Bibliotheca lat.* 1, 608; 2, 363. — Geffken, *Bilderkatechism.* d. 15. Jahrh. p. 25. — Eius operis multi supersunt codices. — De editionibus cf. Hain 7367—7378. — Weidmann, *Gesch. d. Biblioth. S.Gall.* 199. — Inter incunabula *Einsidlersia* Nr. 233, 250, 251.

## 208. (Fol. Nr. 111.) **Summa confessorum (Johannis de Friburgo.)**

S. XV. Membr. 365×247. 293 folia (recte 295 quia primum non numeratur, 179 vero bis.) Primum et ultimum folium scriptura vacant. XXV sexterniones, excepto XX qui est quinternio. — Tabulæ lignæ corio albo obductæ cum umbonibus ex orichalco.

Litteræ initiales rubro cœruleoque colore utidissime ornatæ.

F. 3 elegantissime delineantur figura venatoris cum cornu et variis animalibus; variæ animalium figuræ item ff. 53', 106 etc.

Quoad cætera, cf. codicem præcedentem cum quo iste ita exacte concordat ut sine dubio pro eiusdem apographo haberi possit. Paulo recentior ex eo esse videtur, quia signa sexternionum non in fine sed antrorsum a principio apponuntur.



**209. (Fol. Nr. 110.) Textus sententiarum.**

S. XV. (1461) Charta. 357×209. 12 folia vacua et 594 paginæ (recte 592 quia 366 et 404 omittitur.) P. 151—152 et 573—594 vacant. — Tabulæ lignæ corio fusco obductæ et umbilicis ornatæ.

P. 1—4: [*Index capitum libri primi.*]

P. 5—572: [*Libri IV sententiarum Petri Lombardi.*] «Cupientes aliquid de penuria ac tenuitate . . . via duce pervenit.

Finitus est iste textus anno 61, 2<sup>a</sup> feria post reminisceræ.»

Congruit cum edd. v. g. inter Incunabula nostra Nr. 229. 230. 586. 587. — Ed. Migne [P. I. 192] col. 11—452.

**210. (Fol. Nr. 156.) Super IV<sup>to</sup> Sententiarum.**

S. XV. Charta. 322×219. 715 pp. (recte 720 quia 130, 424, 442, 654, 673, 708 bis numerantur, 319 omittitur.) Inter pp. 227—228 folium excisum sine lacuna. — Binæ columnæ. — Variæ manus. — Duoderniones non signantur, interdum vero priora folia duodernionis 1, 2, 3, 4. — Tabulæ lignæ corio albo obductæ.

P. 1—714: «Sacramenta sunt signa effectiva gratie, instituta propter hominem . . . crucifixus pro nobis Christus cum patre et spiritu sancto eternaliter benedictus. Amen. Johannes Meysterlin de Halle stud. erff.»

Auctor huius commentarii de Sacramentis ignoratur. Auctores allegantur S. Thomas, Bonaventura, Albertus, Scotus, Durandus, Joh. Andree, Richardus de media villa, Lira, Hugo de novo castro, Wilhelmus Parisiensis in libro universi (p. 613), rabi Moyses, rabi Salomon, Johannes Garson in tractatu de sollicitatione (638) etc.

P. 715. [*Initium tantum indicis certarum vocum.*]

**211. (Fol. Nr. 92.) Summa Astensis. [Pars. I.]**

S. XV. Charta. 320×215. 912 pp. (recte 812 quia 121—220 omittuntur.) — Binæ columnæ. — Duoderniones non signantur. — Tabulæ lignæ corio albo obductæ et seris clausæ. Aliquot folia humiditate squalent. — Præcedunt 10 folia vacua.

P. 1—910: [*Johannis Astexani*] «*Incipit Summa Astensis. Ad super-benedicte trinitatis patris et filii . . . in penitendo et confitendo est magna pena et huius 2<sup>e</sup> opinionis est Rich. et Pe.*» [Hic abrumpitur.]

P. 911: «Sequitur in alio volumine. Septimo confessio debet esse nuda.» [Cetera vacant.]

Opus integrum 8 libris constat e quibus præsens volumen tantum Libros I—V, Tituli 1—18 habentur. Desunt ergo Libri V tituli 18—41 et II. VI—VIII.

Liber sæpe editus est sæc. XV. Cf. Hain Repert. 1888—1897 et Incunabula nostra Nr. 156 et 436.

De auctore cf. Fabricius, Bibl. lat. 1, 136. — K. Lex. 1, 1523.

[In operculo anteriore manu s. XV.:] „Meister Heinrich Ibergers.“

**212.** (Fol. 175.) **Gregorii Vogt, alias Hegemonii dicti, responsio refutationis contra Rudolphum Gualterum Turiganum.**

S. XV. (1565) Charta, 330×220. 197 folia, additis pluribus aliis foliis minoris formæ, quæ hinc inde adduntur. — Variant manus, videtur tamen esse autographum. — Ligatura chartacea antiqua.

F. 1: «Der Endt Christ. Clare vnd Ainfaltige Antwort, wider die fünf Predigen dess Rudolffen Gwalt herrn, Predicant zu Zürich: Nemlich, das der Papst zu Rhom, nit syge der rächt, war gross, vnd eigentlich End Christ, von welchem die Heiligen Propheten vnd Apostel gewysaget vnd uns gewarnet habend: in zway büecher, von welcher inhalt, am nächsten blatt. Erst yetzund Geantwortet durch Gregorium Vogtt, susst Gregorium Hegemonium, Pedionæum, Rhetum, Priester, dozmal verseher der Pfarr Zug, alls im erst kurzlich sölliche fünff Predigen angezeigt vnd zu lesen geben sind. Anno Domini 1565 den 20 Tag Novembris.»

P. 194': *Ecclesia catholica cum fructibus evangelii satis rude delineata.*

Cf. codicem Nr. **231.**

De auctore cuius nomen etiam in Incunab. 36, 164, 244, 854, cf. *Keiser*, Die Zuger Schriftsteller (Zug 1875. Progr.) p. 63. — *Geschichtsfr.* 24 (1869) 123, 134, 136. — *Leu, Lexicon* 18, 679. Fuit parochus Tugii 1562—1572. De Rud. Gwalther, cf. *G. v. Wyss*, *Allgem. d. Biogr.* 10, 239—240.

**213.** (Fol. Nr. 102.) **Dinkelspuel et aliorum Sermones.**

S. XV. (1456) Charta. 315×230. 284 folia, ab antiqua manu s. XV signata (recte 285 quia 121 bis numeratur.) — Binæ columnæ, excepto fol. 167'. — Tabulæ lignæ corio albo obductæ et seris munitæ.

I. F. 1—83'. *Sermones Nic. de Dinkelspuel.* Sexterniones non signantur, interdum vero folia sexternionum 1, 2 . . . 6. Folium primum non numeratur: «Nota hic materiam contentam et comprehensum in hoc libro etc. Item tractatus M. Ny. Digelspuel de 7 viciis . . . 243.»

F. 1—60: [*Sermones N. de Dinkelspuel de vitiis et virtutibus.*] «Luc. 14, 15. Homo quidam fecit cenam . . . qui talia ignorant.»

Idem in codice **217.**

F. 61—84: [*Tractatus eiusdem doctoris de sacramento corporis Christi.*] «Jo. 6. Caro mea vere cibus . . . unus deus in secula benedictus. Amen. Deo gratias.»

F. 84' vacat.

II. F. 85—215': *Varii sermones.* Variæ manus. Novem sexterni numerantur.

F. 85—162': [*Fratris Bartholomei Herilacensis sermones boni et laudabiles super dominica oratione Pater noster. Præcedit Epistola ad episcopum Lausanensem*]: «Reverendo in Christo patri ac domino N.

Lausanensi episcopo frater Bartholomeus humilis monachus Herilacensis obedientiam tam debitam quam devotam. Reverende pater. Cum ad preces et reverentiam vestram provincialis fratrum minorum in Burgundia post translationem meam factam de ordine beati Francisci ad ordinem beati Benedicti spe et desiderio magis proficiendi miserit michi dimissorialem litteram recedens . . . silentio suppressi iubeatis. *Pater noster.* Karissimi, vos debetis scire quod inter omnia . . . in quam nos perducatur Dominus noster Jesus . . . Amen.»

F. 162'—165: [Index præcedentium sermonum etc.]

Herlacum est Erlach ad lacum Biennensem, ubi olim erat abbatia Ord. S. Benedicti. Idem opus sub nomine fratris G. existit in Bibliotheca S. Galli Nr. 329. p. 17—124 scriptum anno 1398. Cf. Scherrer, Verz. p. 115 et in Archivio Departamentali „du Jura.“ Nr. 7. scriptum circa 1410. Cf. Biblioth. de l'École d. Chartes 50 (1889) p. 331. — F. Jeunet, *Essai historique sur l'abbaye de Fontaine—André canton de Neuchâtel.* Locle 1865. p. 209.

F. 165—167' [altera manu: *Duo sermones.*] «*Nic. de Digelspuel super Dominica prima post Octavas Pentecostes . . . Quare Christus incarnatus sit.*»

F. 168—205: «*Sequuntur sermones super angelica salutatione.* Quoniam ut ait beatus Jeronimus Nulli dubium . . . fructus ventris tui. Qui . . . Amen.»

F. 205'—210' [alia manu:] [*Tractatus brevis eximii doctoris Dingelspuel de 7 peccatis mortalibus.*] «Secundum magistros et doctores in quarto . . . preces fundere neglexerit. Et sic sit finis de septem viciis capitalibus in civitate Constantiensi Anno domini 1456.»

F. 211—215 [alia manu:] «*Sermones Magistri Nycolai de Dingelspuel in die Pentecostes et eiusdem Juvamenta contra quascunque temptationes.*»

III. F. 216—284. *Tractatus de statu mundi.* Folia in margine superiore a manu antiqua signantur 1—62. Sexterni 1—6 numerantur.

F. 216—217: [*Prologus et index sequentis operis.*] «*Incipit tractatus de statu mundi extractus de tractatu magistri Johannis galensis.* Ex quo enim quilibet predicator verbi divini est alloquens . . . Ego frater Leonhardus de Ruetlingen inter minores minimus in mente mea colligere statui tractatulum de omni statu mundi in philosophia naturali et morali hic ponam. Et tantum de prologo.»

F. 217—276': «Circa primam partem principalem que tractat de constitutione rei publice et decem habet partes . . . laudabunt te. Hoc mihi fratri Leonhardo huius tractatus collectori et omnibus quibus desidero concedat ipse qui in eternum vivit et regnat. Amen. Unde rogo legentes . . . pro quibus mundi statu loqui et etc. Explicit tractatus de statu mundi intitulatus.»

De Johanne Galensi vel Guallensi, Anglico cf. Fabricii *Bibl. lat.* 3, 103, 104, 363. Eius summa inter incunabula nostra Nr. 232, 233, 316.

F. 276—277: «*Notabilia quaedam de vita Aristotelis*. Aristoteles fuit gente Macedo . . . 5<sup>ta</sup> ubi multa ponit de Aristotele.»

F. 277: [*De 24 statibus.*] «Sanctus Bernhardus dicit non est nisi turpis amor in hoc seculo . . . meror a viduis. Hec ille. Versus. Totum vilescit quidquid in orbe nitescit. De hiis predictis quere in libro precedenti nam in hiis 24 statibus totus mundus constat.»

F. 277'—282: «*Tabula libri prescripti per ordinem alphabeti*. [A]-Colitus licet isti facere . . . Ymago quere sub litera i. Explicit tabula libri predicti per manus Heinrichi Maier conventualem in Zuifult.» [Zwifalten.]

F. 282'—285' vacat.

#### 214. (Fol. Nr. 144.) **De Dinkelspuel Sermones.**

S. XV. (ca. 1455) Charta. 313×225. 191 folia (recte 190 nam 127 bis numeratur. 155 et 166 omittuntur.) 16 quinterniones numerati, quidam sunt sexterniones, imo septerniones. — Tabulae lignee corio albo obductae.

Fol. primum non numeratum, ab una parte vacuum exhibet indicem contentorum: «*Sermones de sanctis magistri Nycolay de Dingelspuel doctoris eximii.*»

F. 1—7: *Sermo primus de Johanne Evangelista.*

F. 7—9': *De purificatione Marie Virginis.*

F. 9'—12': *De annuntiatione Marie Virginis.*

F. 12'—16: *De annuntiatione virginis gloriose.*

F. 16—26: *Sermones de incarnatione.*

F. 26—28': *De ingratitude.*

F. 28'—31': *De s. Johanne Baptista.*

F. 32—34: *De Maria Magdalena.*

F. 34—38: *De beato Jacobo apostolo maiori* [2 sermones.]

F. 38'—44': *De assumptione beatæ Mariæ* [3 sermones.]

F. 44'—53: *De nativitate virginis* [2 sermones.]

F. 53—61': «*Sermo S. Michahelis archangeli.*» [2 sermones.]

F. 61'—75: *De omnibus sanctis. 3 sermones.* «Explicitiunt sermones de sanctis magistri Nycolay de Dingelspuchel doctoris eximii sacre theologie in studio Vienensi.»

75—76': *De Johanne Baptista sermo 3<sup>ius</sup> socci.*

Ut in cod. **46**, 212.

E. 76'—79: «*Tractatus Boneventure de corpore Christi*. Ad honorem gloriose et individue trinitatis . . . prestare dignetur . . . regnat tecum etc. Explicit tractatus boneventure de corpore Christi et preparatione ad deuotam susceptionem eiusdem ritamque celebrationem misterii misse. Anno LV<sup>o</sup>.»

Edit. Rom. T. VII, 71—75. — Idem opus in cod. **228** f. 75—78'.

F. 79' vacat.

F. 80—107: «*Sequitur tractatus de penitentia et eius partibus, magistri N. de Dingelspuel. Ecce nunc dies . . . a quo nos custodiat qui sine fine vivit et regnat. Amen. Explicit tractatus collectus per Nycolaum de Dingelspichel de penitentia et eius partibus, doctorem sacre paginis (!) studii Vinnensis per me Johannem Ruoff de Constantia plebanum ecclesie s. Johannis Constantiensis. LIII<sup>o</sup> in vigilia Bartholomei apostoli.*»

F. 107: *Dyonisius*. «Sunt duo que peccatum perficiunt . . . precesserit in culpa.»

F. 107'—108: «*Super illo sententiarum 4<sup>to</sup>: En sic agis, dico tibi quia securus es. Contra nemo scit . . . quantitatem peccatorum iniungere potuisset.*»

F. 108—114: «*De indulgentiis tractatus magistri Nycolay de Dingelspuel doctoris. Utrum per indulgentias . . . plus determinare. Et sic est finis huius tractatus de indulgentiis. Laudetur in hoc deus.*»

F. 114—114': «*Quid sit dicere absolvere a pena et a culpa. Nota idem est dicere a pena . . . in dicto capitulo: Cum ex eo. Et sic est finis huius materie.*»

F. 114'—117': «*Incipit tractatus subtilis de virtutibus. Amice ascende superius . . . vivit et regnat in seculor. secula. Amen. Explicit tractatus de virtutibus bonus et utilis.*»

F. 118—121': «*Tractatus de nobilitate creaturarum. Si cognovisses et tu . . .*»

F. 122—123': «*Incipit tractatus brevis de perfectione humanitatis Christi. Gavisus sunt discipuli viso domino . . . poterant esse otiose. Deo gratias. Explicit tractatus bonus et brevis de perfectione corporis et privilegio anime Christi.*»

F. 124—127': *Tractatus de penis inferni.*

F. 128—127 bis: [Hæc duo folia inverso ordine posita sunt, de quo conferenda nota fol. 128' infra: «*Sequitur 2. membrum principale illius materie . . . quere in 1<sup>o</sup> folio ante folio 127 et invenies.*»]; *Sermo in festo corporis et sanguinis Christi.*

Ab initio 15 lineæ lingua germanica.

F. 129—165: «*Sequitur commune Sanctorum sermonum fratris Jordanis in hunc modum ut sequitur et primo de Apostolis Manete in dilectione mea. Joh. 15. In verbo proposito . . . spiritui sancto. Amen. Explicit commune sanctorum sermonum fratris Jordanis ipsa die Agathes anno LV hora quasi decima per me plebanum ecclesie s. Johannis Constantiensis.*»

Sunt sermones 229—271 ut habentur in editione inter Incunabula Einsidlensia Nr. 88. Hain 5919.

F. 165'—168: «*Tractatus beati Bernardi de 4 gradibus spiritualis exercitii et in scola claustralis vitæ. Prologus. Cum die quadam corporali . . . a primo gradu remotior.*»

F. 168' medietate excisum vacat.

F. 169—191: [*Nic. de Dinkelspuel.*] «*Expositio orationis dominicalis, ut sequitur.* Si quid petieritis patrem . . . sine fine vivit et regnat. Explicit expositio dominicæ orationis collecta per magistrum M. Ny. de Dingspuel doctor. sacre pagine.»

**215. (Fol. N. 70.) Dinkelspuel de decem præceptis et super Pater Noster. Tractatus de sacramentis, uf papir geschriben.**

S. XV. (1443—1447) Charta. 308×222. 496 pp. (recte 524 quia non numerantur plurima folia vacua, nempe primum, 6 post pag. 170, 2 post p. 237, 3 post 422; pag. 145 bis numeratur. — Tabulæ lignæ coriæ albo obductæ.

I. P. 1—170. Duoderniones non signantur. «De duobus preceptis caritatis, sermones magistri *Nicolay de Dinkelspichel.* Scribitur Matth. 22. . . . virtus pietas per infinita secula seculorum. Amen. Explicit tractatus venerabilis magistri Nicolay de Dinkelspuechel super decem preceptis tertia die mensis Januarii sub anno dni MCCCXLVII. per me Johannem Näger socium in divinis in Lutkirch. Laus sit deo.»

II. P. 171—237. Folia 1—20 antiqua manu signata. *Varia.*

P. 171—213: [*De contractibus.*] «Qui volunt divites fieri . . . ex dotationibus folio.»

P. 213—214: *Regimen* [*sanitatis.*] «Primo. Camera ubi dormitis . . . bona gaudia queris etc.»

P. 213—237: [*Tractatus de fornicatione et Symonia.*] «Sciendum quod omnium notiorum . . . vel tam recreationis infuerit quis etc.» Videtur esse imperfectum. P. 215—217: [*Bulla.*] Urbanus epus servus servorum dei ad perpetuam rei memoriam. Ne in vinea domini . . . datum Rome apud S. Petrum II Nonis Aprilis pontificatus nostri anno septimo.»

Cf. Corpus iuris, Extravagantes comm. V. 1. apud Gregor. XI an. 2. ep. com. p. 23. — Baronius ad. ann. 1369. T. 26 p. 177—178.

III. P. 238—422. [anno 1443] Binæ columnæ. Duoderniones signati ante et retro A—H. *Alberchti de Dyessen speculum clericorum.* «Legimus in Exodo quod Moyses . . . ex aliqua facilitate illaqueare. Amen. Nie so frow. Explicit speculum clericorum scriptum per me Johannem Funnifex tunc temporis scolarius (!) in Vberlinge. Et finitus est ipse liber feria quarta post festum nativitate Marie virginis anno domini 1443.»

P. 415 vacat. P. 416—422: *Tabula speculi clericorum.*

Auctoris nomen legitur cap. 1. pag. 239. „Idcirco Ego Alberchtus canonicus regularis in Dyessen, licet minus, presens opusculum quod compendiosum ex multorum sententiis patrum colligere et speculum clericorum intitulavi ad repetitionem cuiusdam predilecti et ad informationem illorum clericorum qui ob penuriam librorum qui ipsis necessaria forent.“

Aliud eiusdem opus in cod. 228, 48.

Idem opus in bibliotheca olim Augustana (cf. Braun Notitia codd. T. VI. p. 115. Nr. 91.) et multoties in bibliotheca Monacensi. De auctore nihil apud scriptores.

IV. P. 423—484. *Varia Henrici de Hassia*. Sexterni non signantur.

P. 423—454: [*Eiusdem tractatus de Missa.*] «Quam brevis fuerit missa et . . . que dicta sunt. Explicit tractatus de missa Reverendi Magistri Henrici de Hassia in sacra pagina doctoris eximii. Die Marci evangeliste anno 1444.»

P. 455—470: [*Eiusdem tractatus de oratione dominica.*] «Reverendo in Christo patri ac domino domino Erhardo episcopo Wormatensi . . . et sic est finis expositionis dominice orationis. Explicit Pater noster.»

P. 471—484: [*Idem.*] «*De salutatione angelica.* Ave Maria procul dubio illam . . . requies eterne vite. Explicit tractatus et expositio Misse et dominice orationis et angelice salutationis Reverendi magistri Hainrici de Hassya feria tertia ante Bartholomei per me Johannem Näger tunc temporis adiutorem in Hergarschwiler. Anno 1445. Deo gratias. Laudetur Maria. Amen.»

Pagg. 485—496 vacuæ.

## 216. (Fol. Nr. 69.) **Tractatus de decem præceptis et de septem sacramentis et aliis trata: vf papir geschriben.**

S. XV. (1445—1448.) Charta. 310×220. 504 pp. (recte 546, quia duo priora folia non numerata sunt, 1—5, 136, 353, 447—476 vero bis, 415 ter, 454 omittitur.) Restant passim vestigia numerorum quibus alia folia signata fuere. — Tabulæ lignæ corio albo obductæ.

Duo folia operculis agglutinata continent fragmentum alicuius Instrumenti notarii s. XV. — Fol. 2. non numeratum exhibet *indicem voluminis*: „In isto libro continentur hæc subscripta . . . folio 264.“ Pagina aversa alia manu: „Ad sciendum quomodo possis textum et glossam in summis Reimundi legere . . . vel distinctiones etc.“

I. P. 1—135. Binæ columnæ.

P. 1—118: [*Summa de pænitentia.*] «Cum miserationes domini sint super omnia opera . . . ex illis seminibus habuerint. Amen. Explicit anno domini 1446 Summa de penitentia ipsa die cinerum in Arbon.»

Idem opus habes in codice 226 p. 34—200.

P. 118—119 et 128—134 et 210 [alia manu: *Tractatus de præceptis.*] «Unde Damascenus libro 3<sup>o</sup> . . . impietas semper coniuncta est.»

P. 120—127: «*Tractatus m[agistri] Johannis de Francfurdia sacre theologie doctoris Haidelbergensis* [de contractibus]. Ut in foro anime cuius spectator est deus . . . penurias eos compellente. Amen. Explicit tractatus magistri Johannis de Fr.»

De auctore cf. Fabr. 2, 363; Joannes Dieppurg de Francf. — Trithemius cap. 764. Edit. 1601. p. 153—154 et 351.

P. 138—134: cf. infra ad p. 293.

P. 135. [*Figura cum regulis phlebotomiae germanice:*] «Man sol an dem hopt . . . an der verse des fuosses.»

II. P. 136—210. Binæ columnæ. [*Johannis de Fonte*:] «*Decem precepta dupliciter*. Et conclusiones 4 libri magistri summarum. Ad preces studencium dum essem lector in Monte pessulano [Montpellier] et ut fratres pauperes sub compendio summas haberent librorum summarum, Ego frater Johannes de fonte, ordinis minorum fratrum per modum . . . quod non sufficiat. Finite sunt hee conclusiones 6<sup>ta</sup> feria die martirum Cosmi et Damiani anno [MCCCC] XLVIII per me Johannem Ruoff tunc temporis existentem socius in divinis in Arbona.»

III. P. 211—353 bis. Binæ columnæ. [*Nicolai de Dinkelspuel sermones in X præcepta*:] «Scribitur Mat. 22<sup>o</sup> . . . virtus et pietas per infinita seculorum secula. Finita sunt hæc dicta 4<sup>ta</sup> feria post Uolrici M<sup>o</sup>CCCC<sup>o</sup>XLIII. Rep em Munimod Mennahoi ffuor aicnatsnoced.»

[Quod retrorsum legendum: Per me dominum Johannem Ruoff de Constancia.]

P. 293. Nota marginalis remittit lectorem ad pp. 128—134 et 210 ubi a manu posteriore addita sunt quæ hic exciderunt. Alia additamenta habes in margine p. 302 et 309.

Idem opus supra cod. 215 p. 1—170 et infra 217, 187.

Aliquoties glossæ germanicæ apponuntur v. gr. p. 211 et 301: „vacare interpretatur müessiggon vel ledigsin.“

IV. P. 354—415. Binæ columnæ.

P. 354—408: «*Heinricus de Frimaria de decem preceptis*. [A]udi Israel precepta domini . . . benedictus in secula seculorum. Amen. Finitus est tractatus decem preceptorum per me Johannem Ruoff socium in divinis in oppido Arbon feria 6<sup>ta</sup> in vigilia Martini episcopi anno domini M<sup>o</sup>CCCXLVII<sup>o</sup>.»

De auctore cf. Fabricius 2, 216.

P. 409—415: Tabula contentorum in libro præcedenti.

PP. 415 bis et ter vacant.

V. P. 416—465: *Gersonis Varia*. Binæ columnæ.

P. 416—424: [*Gersonis?*] *Libellus de modo proficiendi*. «Volens purgari a peccatis . . . in eternum et ultra.»

P. 425—437: «*Opusculum sequens est reverendi magistri Johannis Gerson cancellarii, Parisiensis de diversis tentationibus et remediis contra pericula ex ipsis imminencia. Quod transtulit quidam monachus domus maioris Carthusie de gallico in latinum . . . Pro humiliando nos sub potenti manu dei . . . trinus et unus. Amen. Explicit tractatus quinquaginta septem temptacionum cum remediis correctus et lectus a quodam magistro Pariensi (!) post translationem Carthusiensis de gallico in latinum.*»

Ed. Gers. a. 1488 T. III, 70. Incun. 240 sed stilo diverso nempe alia est translatio.

P. 438—443: «*Secuntur XII remedia contra temptationes huius temporis tradita a quodam experto. Ad honorem dei . . . deo cooperante qui est benedictus in secula. Amen.*»

VI. P. 444—465 Binæ columnæ.

P. 444—460: *Septem dona spiritus sancti*. «Egredietur virga de radice Yesse et flos . . . ad pias affectiones. Amen.»



Est Mgri. de Dinkelspüel ut ait index in capite codicis.

P. 460—462: [*De correctione fraterna.*] «Sequitur questio utrum quilibet qui videt proximum vel fratrem suum peccare . . . regimen et cura animarum.»

P. 462—464: [*De lectione s. scripturæ.*] «[D]ivinarum scripturarum multiplicem habundanciam . . . non solum sit gravis sed etiam brevis sive semel.»

P. 464: «*Augustinus de principio humilitatis.* Principium autem discipline humilitatis cuius cum multa sint documenta . . . humilitas discipline legentium.»

P. 465 vacat.

VII. P. 466—484: [*Nicolaus de Dinkelspüel*] *de octo beatitudinibus.* «In evangelio, quod legitur in festo . . . largiatur nobis omnipotens . . . seculorum. Amen. . . . Nicolaus de Dinkelspüchel egregius doctor edidit cuius anima requiescat in pace eterna.»

VIII. P. 485—503. Binæ columnæ: «*Passio domini nostri Jesu secundum ordinem historie scolastice quoad textum.* (E)gressus Jesus trans torrentem . . . nobis passus est in cruce. Amen.»

P. 504 vacat.

---

**217. (Fol. Nr. 123.) Dinkelspüel de 7 vitiis et de Xpreceptis vf papir geschriben.**

S. XV. (1439) Charta. 310×220. 358 pp. (360 si primum folium numeretur.) Duoderni non signantur. — Binæ columnæ. — Tabulæ lignæ corio albo obductæ.

P. 1—158: [*Nicolaus de Dinkelspuel, de 7 vitiis.*] «Homo quidam fecit cenam . . . qui talia ignorat.»

Ut supra **213**, 1—60.

P. 158—186: [*De 7 vitiis.*] «Sicut quilibet homo . . . fundere neglexerit. Amen. Explicit tractatus de viciis capitalibus M. Nicolay Dinkelspüchel.»

P. 187—353: [*Eiusdem tractatus de X præceptis.*] «Scribitur Matth. 22. quod cum quidam legis doctor . . . secula seculorum. Amen. Explicit tractatus venerabilis Magistri Nicolay de Dinkelspüchel super decem preceptis. Tercia die mensis Marcii sub anno domini M<sup>o</sup>CCCC<sup>o</sup> tricesimo nono Indictione 2<sup>a</sup>.»

Idem opus ut in codd. **215**, 1 et **216**, 211.

P. 354—355 [eadem manu]: «*Gerson in regulis mandatorum.* Ea que precipit tibi deus cogita semper . . . secreto, secus de publico.»

P. 355 [eadem manu]: «*Cancellarius Parisiensis In 9<sup>na</sup> consideratione 28<sup>m</sup>.* Venditionis et emptionis contractus . . . eius causam habent.»

P. 356—358 vacat.

---

**218.** (Fol. Nr. 173.) **Vocabularium iuridicum. Grassus.**

S. XV. (1471) Charta. 285×217. 113 folia sine signis quaternionum. — Ligatura chartacea s. XIX. — Liber in Italia scriptus.

I. F. 1—36. Variæ manus. Primi folii margo lacerus.

F. 1—29': [*Vocabularius iuris.*] «[A]bavus est pater proavi . . . irregularitas ex infamia. Et sic est finis huius vocabularii iuris canonum.»

F. 29'—36'. [*Varia de iure canonico.*] Divisio corporis iuris etc.

II. F. 37—40'. F. 37—39': [*Divisio decreti Gratiani.*] «Liber decretorum distinctus est in tres partes . . . de spiritu sancto. Explicit libellus in quo continentur sub paucis verbis omnes cause decretorum, omnes distinctiones (?) et cuiuslibet questionis solucio intitulatur de iudicio.»

F. 39'—40': «*Collecta de summa hostiensis.* Ex prohemia summe Host . . . qui in trinitate unitate.»

FF. 41—44 maximam partem excisa et vacua.

III. F. 45—68. Fragmentum cuius initium deest.

F. 45—49': [*Summarium metricum decreti Gratiani.*] Supersunt tantum partis secundæ causa 5—36. «Quinte prima libros . . . ieiunia laude coronas. Expliciant carmina totum decretum sumantia.»

F. 49'—65': «*Summarium tocius decreti traditum per d. Rathonem.* Sepe numero pupugi utriusque doctores . . . c. 1. de arbitris c. olim.»

FF. 66—68 vacant.

IV. F. 69—98. [*Joh. Grassus*] *arbor dignitatum [ecclesiasticarum.]* Binæ columnæ.

F. 69—94: «[O]ccurrente pro lectura et commento . . . transitum faciam ad sinistram partem arboris dignitatum secularium. Jo. Grassus comes et utriusque iuris monarcha. Anno 1471 die 14 Februarii.»

F. 94'—98' vacant.

V. F. 99—110. [alia manu:] «*Sequitur 2<sup>a</sup> pars arboris dignitatum dni Jo. de Grassis iuris utriusque monarche spectatissimi, Papie lecta.* 1471. Expedita parte dextre arboris dignitatum . . . non ambigitur ff. de legi.»

FF. 110'—113' vacant.

Opus editum Argentorati 1510 et Venet.

**219.** (Fol. Nr. 95.) **S. Thomæ compendium theologicæ veritatis.**

S. XV. Charta. 308×220. 380 pp. 10 sexterni, quorum numeri plerumque abcisi. — Tabulæ lignæ corio albo obductæ.

I. P. 1—360. Binæ columnæ.

P. 1—301: [*Hugonis de Argentorato libri VII Compendii theologicæ veritatis.*] «*Incipit prologus in compendium theoloice veritatis beati Thome ordinis predicatorum.* Veritatis theoloyce sublimitas . . . recipiet sine fine. Amen.»

Edit. inter opera B. Alberti Magni ed. Jammy T. XIII, 1—148. — Inter opera S. Bonaventuræ T. VIII in appendice. — Cf. Fabricius I, 43; 236. II, 476. III, 268.

Idem opus in cod. 271.

P. 301—306: *Tabulæ totius libri et capitulorum.*

P. 307—309: [*Sermo de passione domini.*] «Fera pessima devoravit filium . . . gratulari valeamus. Amen.»

P. 310 [alia manu]: *variæ particulæ catechetica.* |*Die 9 fremden Sünden.*] «*D. sünd in heiligen geist. D. rueffenden sünd.*»

P. 311—312, 332—336, 353—360 vacat. P. 313—331: [*Varia de sacramentis.*] «Homo quidam Adam . . . coniugia iuncta retractant.»

P. 337—352: [*Sermones varii de passione domini.*] «Filius regis mortuus est . . . in eo poterit sepelliri.»

II. P. 361—380. Binæ columnæ. [*Glossæ latino — germanicæ; ab initio mutilæ esse videntur.*]

P. 361: «Zelus amor. Zelus invidia . . . pecus dicitur holocaustum.»

P. 361—363: [*Varia glossæ evangelicæ ordine alphabetico.*] «[A]bstrahctum abgezogen vel abgeschaiden . . . in allen dingen.»

P. 363—365 videtur esse appendix ubi fusius explicantur *germanica sensus, ymaginatio meditacio, ingenium, racio* etc.

P. 365—366: [*nomina plantarum etc.*] «[A]rtomisia Bugge . . . agericum heidewurtze.»

P. 367—371: [Parvum glossarium voces præsertim theologicas explanans.] «[A]bstrahctum dicitur das abgezogen ist oder . . . ydropisia dicta infirmitas.»

P. 371—380: [*Interpretatio germanica variorum locorum epistolarum ut videtur secundum ordinem missalis romani.*] «[H]ec dicit dominus propter syon . . . et ciminum vnd kummich.»

P. 380: [*Versus memoriales*] «Ossito sternuto singulto . . . et sepe gelizo.» [?] cum interpretatione interlineari: «ich gehnen, ich nuesse . . . vneglo.»

Cf. Wackernagel, *Voces variæ animantium.* 2 Aufl. Basel 1869 p. 70 nota.

## 220. (Fol. Num. 10.) **Opuscula ascetica Nicolai de Lyra etc.**

S. XIV. Membr. 240×160. 66 pp. recte 268 quia 3 et 4 bis numerantur. Ab initio duo et in fine unum folium chartaceum adduntur, quæ tamen non numerantur. — Tabulæ lignæ corio albo obductæ sub abbate Augustino Hofmann 1601.

I. P. 1—40. *Varia Nicolai de Lira.* Binæ columnæ.

P. 1 vacat. P. 2: «*Contenta in hoc volumine.* Questio magistri Nycolai . . . fratre Johanne Brugmann.»

P. 3—10: (alia manu) «*Questio magistri Nicolai de Lyra contra Judeos de mysterio incarnationis Christi.* Queritur utrum per scripturas a Judeis receptas . . . ad vomitum revertuntur. Explicit prima questio determinata a fratre Nycolao de Lira, ordinis fratrum Minorum.»

Cat. codd. Eins.

12

P. 16—34: «*Responsio eiusdem contra quendam Judeum ex evangelio secundum Matheum contra Christum nequiter arguentem. Potens sit exhortari . . . aperto mendacio terminavit. Explicit responsio fratris Nycolai . . . nequiter arguentem.*»

P. 34: [*Varii versus de Casibus reservatis.*] «*Sacrilegus votum frangens . . . vel aliter Incestus stuprum . . . a simplice solvi.*»

«*Nota statutum consilii generalis. Extra de penitentiis et remissionibus quod tale est: Omnis utriusque . . . cathedram plenius continetur.*»

P. 35—37: «*Eiusdem tractatulus de XIV conditionibus requisitis ad ydoneum susceptorem sacramenti eucharistie . . . requiritur enim quod sit homo . . . dampnosum et illicitum. Expliciunt condiciones . . . sacramenti eucharistie.*»

P. 38 [altera manu: *Cycli decennovales ab anno Domini M<sup>o</sup>CCC<sup>o</sup>.*]

P. 39 et 40 vacant.

II. P. 41—128. *Liber cuiusdam de preparatione cordis.* P. 41—44 binæ columnæ. P. 45—127 manu antiqua numeri foliorum I—XLI apponuntur.

P. 41: «*Incipit tabula libri sequentis de preparatione cordis. De septem instructionibus cordis I. . . De cordis scissione XXXIX. Explicit tabula.*»

P. 42 vacat. P. 43—44: «*Incipit prologus in librum de preparatione cordis. Preparete corda vestra domino . . . cordis tibi propositum. Explicit prologus.*»

P. 44—128: «*Incipit liber de preparacione cordis II. De VII instructionibus cordis. Preparete corda vestra . . . per eum habentur. Explicit liber de preparatione cordis.*»

P. 45—128 in margine et passim altera manu (s. XV?) variæ notæ etc. apponuntur. Inter folia XXX et XXXI aliud insertum quod totum adnotationibus huius manus repletum est.

III. P. 129—266. *Johannes Brugman, exercitia passionis domini.* Binæ columnæ. Vestigia pene excisa signorum quaternionum supersunt p. 147, 151, 185 etc.

PP. 129 et 130 vacant. P. 131—264: «*Incipit devotus tractatus valde incitativus ad exercitia passionis domini p<sup>r</sup> [32] articulos distinctus. Primus articulus invehit contra inimicos crucis Cristi in generali. Quoniam obliti sunt . . . ego reficiam vos. Explicit devotus tractatus valde incitativus ad exercitia passionis domini.*»

PP. 265—266 vacant.

Nomen auctoris († 1473) legitur in indice contentorum p. 2. De quo conf. Fabritius I, 264: *Belga Ord. Min. circa annum 1456, qui tamen huius operis non meminit, quod ineditum esse videtur.* — *Allgem. d. Biogr.* 3, 410. — *K. Lex.* 2, 1355.

In operculo anteriore folium pergamenum, scripturæ s. XV. duarum columnarum, fragmentum, ut videtur tractatus de officiis clericorum.

F. 2: „Liber canonicorum regularium domus beate Marie virginis in Gæsdonc prope Groch. Legatus a domino et magistro Henrico Væck, dempto tractatu de exercitio passionis Christi.“ P. 130: „Precedentia in hoc volumine contenta legata sunt a domino et magistro Henrico Væck de Noviomagio oriundo et altarista in ecclesia Novimagensi.“

### 221. (Fol. Nr. 21.) **Joh. Nider Præceptorium.**

S. XV. Charta, 285×210. 282 folia antiqua manu signata. Quaterniones non signantur. Binæ columnæ. — Tabulæ lignæ corio subfusco obductæ.

F. 1—276: [*Præceptorium magistri Johannis Nider ordinis predicatorum.*] «Decalogi legem sacratissimam . . . trinus et unus benedictus in secula. Amen.»

F. 277—288' *Registrum alphabeticum.*

Editio (Ulmæ, Joh. Zainer. Hain 11785) inter incunabula nostra Nr. 115.

F. 276': «Stephanus Miller de Laugingen. R. A.»

Folio primo non numerato: „Anthonii Frantzen 1509.“ [Tribus columnis:] „*Præceptorium Nyder.* Tabula eius in fine.“ Sequitur *index* secundum ordinem materiæ. In fine: „Consignata sunt hec inicio mensis Maii anno dom. 1512.“

### 222. (Fol. Nr. 83.) **Varia Matth. de Cracovia. Otto abbas.**

S. XV. (1437—1491). Charta, 300×210. P. 1'—477 manu antiqua signata. 583 pp. recte 594 quia fol. I—V non, 1 bis numerantur. — Tabulæ lignæ, corio rubro obductæ.

I. Fol. I—IV. [Fragmentum, initio et fine mutilum *de beatitudine cælesti.*] «O anima mea precinge te, curre . . . percipiat et ipse fratur.» . . . In fine tantum vestigia remanent trium foliorum excisorum. Binæ columnæ. Supersunt pars capitis 12. capitula 13, 14, 15, dein 6—10 in quo dialogus inter rationem et conscientiam.

II. V—477. *Varia variorum.* Binæ columnæ.

V—74: [*Lectura X præceptorum.* Deest initium.] . . . «cordis dei-fici cuius ventrem . . . nobis meritis gloriose virginis prestare dignetur eius filius qui cum . . . seculorum. Amen. Explicit lectura X præceptorum quarta feria ante festum s Thome apostoli anno 1431.»

P. 75—88: [*Matthæus de Cracovia, de ratione et conscientia.*] «Mulatorum tam clericorum quam . . . in secula benedictus. Amen. Explicit tractatus egregii professoris sacre Theol. magistri Matthei de ratione et conscientia ad utilitatem communicantium compilatus. Deo gratias. Scriptus seu completus ipsa die Joh. Evang. anno domini 1438.»

Idem in bibliotheca Engelberg. 435, 11°, Altovadensi Nr. 116. Cf. Xenia Bernardina II, 2 p. 207.

Ed. inter Incun. nostra 450, 1. Cf. Hain 5807. De auctore († 1470) cf. Fabritius 3, 47. — K. Lex. 8, 1039. — Potth. Bibl. 777.

P. 89—95: «*Petri Blesensis tractatus brevis de transfiguratione domini.* Reverendo patri ac domino F. dei gratia . . . et vivit regnat

deus per omnia secula seculorum. Explicit . . . scriptus in die Silvestri Pape anno domini MCCCCXXXIII. Deo gratias.»

Ed. Migne P. I. 207, 777—792.

P. 96—103: «*Speculum peccatorum*. Quoniam karissimi in via . . . secula seculorum. Amen. Et sic est finis speculi peccatorum scriptum sabbato quinquagesime Anno 1437.»

P. 103—110: «*Excerpta de libro florum [Floreto?] beati Bernhardi doctoris eximii*. Sangwisuge due sunt filie . . . qui negligit, incidit.»

P. 110—122: *Petri [cuiusdam] Quadridalus*. «*Iste tractatus Quadridalus intitulumur*. Sum patria (?) pulsus bonis exustus . . . et communia non sequi.»

P. 123—228: *Ottonis abbatis occupationum [collationum] libri III*. «[D]omino et patri Turpioni pontifici suus ille monachorum infimus salutem in domino. Recolitis domine mi . . . de servitute parebit.

Dogmate cœlesti hunc prædictus Addo (!) libellum

Florida composuit doctorum prata peragrans.

Scriptori requiem tribuat deus ipse perhennem.

Fidelium anime requiescant in pace. Amen. Explicit tractatus occupationum qui completus est per hanc scripturam anno domini 1437 et 17 die Maii que erat sexta feria ante Pentecosten.»

Ed. Migne P. I. 133, 517—638.

P. 229—272: «*Tractatus de virtutibus utilis et compendiosus*. Nunc quedam vicia que frequenter . . . sunt in gracia. Explicit tractatus de virtutibus. Scriptus anno domini 1438 ipsa die Hylarii episcopi.» [Sequitur elenchus 42 capitum.]

P. 230—293: [*Tractatus de VII Sacramentis*.] «Sacramentum ut dicitur . . . septimi Bestialiter coeundo. Explicit tractatus de Septem Sacramentis pridie Kal. Februarii s. sexta feria ante festum Purificationis Marie. Anno 1438 hora tertia post meridiem. Deo gracias.»

P. 293—314: «*Formula confitendi et primo de hiis que precedunt confessionem*. Sicut dicit Johannes in canonica . . . est tarditas anime. Explicit formula confitendi sexta feria post Purificationem 1438.»

P. 314—337: «*Tractatus magistri Petri Blesensis de vita beati Job continens 8 capitula*. Vir erat in terra Hus . . . et regnat deus. Amen. Explicit tractatus magistri Petri Blesensis de vita beati Job anno 1438 feria 3<sup>a</sup> ante kathedram Petri.»

Ed. Migne P. I. 207, 795—826.

P. 337—341: [*Matthei de Cracovia regulæ de peccatis*.] «Ad sciendum quando peccatum aliquod sit mortale . . . et sic est finis. Deo gracias. Ista regulas composuit ven. sacre pagine professor M. Matheus de C. 1438, 3<sup>a</sup> feria ante festum kathedre s. Petri hora XI diei.»

De auctore cf. supra ad p. 75.

P. 341—349: «*Nota quasdam questiones de contractibus usurariis. Utrum licitum sit christianis . . . et magnum preiudicium. Expliciuunt questiones de contractibus.*»

P. 349—352: [*Johannis Wilhelmitæ*] «*Questio de mendicitate validorum. Queritur utrum mendicitas validorum . . . per istud triduum. Et in hoc terminatur questio fratris Johannis Wilhelmitæ, sacre theologie bacularii.*»

P. 352. [Minio descriptum:] «*Scutum katholice veritatis. Pater non est . . . intellectus.*»

P. 353—354: [*S. Augustini tractatus de silentio in ecclesia.*] «*Rogo vos fratres karissimi quociens ad ecclesiam . . . in perpetuum in secula seculorum.*»

Videtur esse pars cuiusdam sermonis forte 281 (?) Ed. Migne V, 2276.

P. 355: [manu posteriore] «*Item nota hic consequenter casus in operibus proscribuntur vel prohibentur homines utriusque sexus a communione sacra et a sacramento eukaristie. Item communio sacra . . . et friuole obliviscuntur.*»

P. 356—457. [Alia manu: *Nic. de Dinkelspuel tractatus de pœnitentia.*] «*Ecce nunc tempus acceptabile . . . vivit et regnat. Amen. Et sic est finis tractatus de pœnitentia egregii doctoris ac magistri Nicolai de Dinkelspuel. Idus Marcii anno 1441. Laudetur deus.*»

Cf. cod. 214, 80.

P. 457—476: [*Eiusdem tractatus de VII vitiis capitalibus.*] «*Secundum magistrum et doctores . . . tantum de capitalibus vitiis. Explicit tractatus de septem capitalibus peccatis magistri reverendi Nicolai de Dinkelspuel completus XI Kal. Maii Anno domini 1441.*»

Idem in 213, 1.

P. 477: [alia manu sæc. XVI] *Nota de nativitate et obitu Joh. Gerson cum eiusdem epitaphio.* Edita inter eius Opera (Incun. 245) circa finem.

III. P. 478—535. *Varia fragmenta.*

P. 478—501: [*De articulis fidei.*] «*Funiculus triplex difficile rum-pitur. Funiculus quo a terra . . . ignis in conspectu eius.*» Abrum-pitur.

Inter p. 501 et 502 novem folia excisa sunt.

P. 502—525. [*Fragmentum expositionis orationis dominicæ etc. mutilum initio et fine:*] «*potentissima de primis . . . coincideret cum secunda.*» Cetera excisa.

P. 531—534 fragmentum: *Legenda de s. Quiteria virgine et martire . . . Erat Catillus rex magnus super omnes orientales . . .*

Cf. Acta SS. 22. Maii V, 172; „*Vetera hæc figmenta.*“

IV. P. 536—583. Binæ columnæ. Folia primi sexterni numerantur 1—6.

*Sermones dominicales ab Adventu usque ad Dominicam III post Epiphaniam.* «*Dominica prima adventus. Cum appropinquaret dominus . . . propter abstinentiam multam.*» Hic abrumpitur codex.

**223.** (Fol. Nr. 40.) **Sermones quadragesimales.**

S. XV. Charta. 272×202. 332 pp. — Quaterniones non signantur. — Ligatura moderna papyracea.

P. 1—320: «[V]ade et amplius noli peccare . . . sic stricte debitor obligatur usque.» Cetera desunt.

P. 321—332 vacant.

Litteræ initiales et rubricæ titulorum desunt, interdum in margine indicantur. Scriptorem Italum scriptura et elocutio produunt, v. gr. secundus, mundus etc. Tractat de iustitia, de contractibus et usura. Auctores alligantur Alexander de Ales, Archidiaconus Goffredus et alii.

**224.** (Fol. Nr. 28.) **Varia super Concilium Basileense. Statuta Augustana.**

S. XV. Charta. 300 × 218. 156 folia manu Anthonii Frantzen signata, e quibus tamen desunt 96, 109—116, 137, 138, 141—144. — Tabulæ ligneæ corio albo obductæ.

I. F. 1—95. *Varii tractatus.*

Fol. 1—34: [*Anonymi tractatus contra curiam romanam et de erroribus eiusdem. Dialogus inter Petrum et Paulum.*] «Reverendissimis in Christo patribus et dominis dominis sacrosancte ac universalis ecclesie Cardinalibus nec non aliarum ecclesiarum patriarchis metropolitanis Archiepiscopis episcopis abbatibus prelatisque ac etiam Romane curie officialibus uniuersis totique clericali cetui per universum constitutis N. minimus et utinam inter veros discipulos Jesu Christi planetum pro affectu . . . supra vires scribentis arripuit negotium.»

Tractatus in tres partes distinguitur et plurima capitula quorum tamen tituli et litteræ initiales desunt. F. 33' in margine inferiore manu Anthonii Frantzen: „Speculum aureum titulus huius precedentis tractatus.“

F. 34—94': [*Magistri Andree de Escobar, Hispani, Ulixbonensis, sacre theologie professoris ordinis s. Benedicti, civitatensis episcopi tractatus contra Judeos.*] «Incipit Tractatus de Judeis, de publicatione heresum, . . . essent cremandi. Quoniam non est in ore eorum veritas . . . vanum est ubi thema.»

Auctor nominatur f. 49. Cf. Trithemius, de script. eccles. II, 136. — Fabritius, Bibl. lat. I, 89.

F. 95 [manu s. XVI, ut videtur Anthonii Frantzen:] *De libro Talmuth* [varia notata] F. 95' vacant.

II. F. 97—140. *Varia circa Concilium Basileense etc.* manu Joh. Hallberger.

F. 97: «*Protestatio principum electorum que dicitur neutralis secundum Conciliistas Basileenses Heresiarcha vocata.* In nomine Domini. Amen. Anno a Nativitate eiusdem 1438 . . . 17 Marcii nona vespe-



rorum . . . Et ego Hermannus Butenweg clericus Paderburnensis dioec. publicus imperiali.»

F. 98—99: «*Decreta concilii provincialis Maguntinensis de anno 39<sup>mo</sup> fabricate condite speciebus protestationis premisse. Nos . . . attendentes et si sacrorum generalium conciliorum . . . et sollicitos impendemus.*»

Cf Braun, Notit. litterar. VI, 61. — Hartzheim, Concil. Germ. 5, 259.

F. 99—99': «*Appellatio neutralium ecclesie rebellium. Nos . . . sacri Romani imperii principes . . . est moris et stili.*»

F. 99': [*Cessio a papatu Johannis pape XXIII in Concilio Constantiensi.*] «*Ad laudem et honorem omnipotentis . . . concilii dirigendas concedo.*»

F. 100—108': «*Tractatus contra Neutralitatem editus per dominum Jo. Grimwalt Cardinalem tituli S. Martini in montibus dampnificans etc. illam. [Q]uis dabit me in solitudinem diversorum . . . Evangelia utiliter et efficaciter.*»

Cf. Pastor, Gesch. d. Päpste [ed. 2.] 1, 265. — Idem opus (?) Lipsiæ Nr. 91. Naumann p. 28. — De auctore (Grünwalder † 1452) Cf. Allgem. d. Biogr. 10, 60.

F. 117—118: «*Confederatio cleri Herbipolensis. In nomine sancte et individue Trinitatis amen. Dierum crescente malicia pericula temporis . . . appensa. Datum et actum in ecclesia Herbipolensi predicta in capitulo generali per nos ad premissa communiter congregato. Sub anno a Nativitate domini 1427, V<sup>ta</sup> feria post diem sancti Egidii Abbatis.*»

F. 118' inserendum post fol. 124'.

F. 119—121: «*Exhortacio sacri Basiliensis Concilii ad sacri Romani imperii Electores etc. [C]um adversus sanctam Sinodum Basiliensem universalem ecclesiam representantem . . . postea in scriptis redacta. Deo laus.*»

F. 121—123': «*De gestis olim Eugenii tempore Electionis et regiminis sui etc. [N]otandum quod ipse olim Eugenius unacum aliis . . . dei maius est.*»

F. 124—132: [*Tractatus de auctoritate conciliorum per quendam Carthusianum.*] «*Victus modestia paterne iussionis . . . dignetur in secula seculorum. Amen. Explicit tractatus de auctoritate conciliorum sacrorum generalium per quendam religiosum fratrem ordinis Carthusiensium, sacre theologie professorem compilatus quem Ego Johannes Hallberger magno cum desiderio et cum debita veneratione in confusionem omnium auctoritatem sacrorum generalium Conciliorum et ecclesie sponse Christi inpugnancium scribere et in perpetuam rei memoriam presentibus annectere studui.*»

F. 132—135': «*Epistola Romanorum regi per sacrum Basiliense concilium missa ad Idem etc. Sacrosancta generalis Sinodus . . . Basilee III Aprilis anno a Nativitate domini 1442.*»

F. 135': [*Copia litterarum Innocentii pape IV<sup>i</sup> pro ecclesia Bambergensi.*] «[I]nnocencius episcopus . . . Dat. Lugduni VI<sup>o</sup> Idus Junii pontificatus nostri anno Sexto.»

F. 135'—136': [*Bonifacii pape VIII.*] «[B]onifacius episcopus servus . . . epis. Ratisponensi . . . Datum apud Urbemveterem [Orvieto] Idus Augusti pontif. nostri anno Tercio.»

F. 136—136': [*Clementis pape III.*] «[C]lemens epis. servus . . . Sacratissime nostre Bambergensi ecclesie in filiis et filiabus eius, clero . . . Dispensatio seculorum venit . . . Henrici tercii imperatoris similiter I<sup>o</sup> Indictione I<sup>a</sup>.»

F. 139—140: «*Excepta de replicationibus olim Eugenii contra sacrum Basiliense concilium latran . . . hereticam pravitatem defendere licet nullitur satagant.* Insuper antedictus Basiliensis error manifesta demonstratione repellitur ex epistola beati Leonis pape . . . a prima sede iusticiam.» Abrumpit.

F. 140' alia manu s. XVI thema sermonis pro Dominica Passionis.

III. F. 145—156: [*Statuta sinodalia episcopi Augustani.*] «Petrus dei et apostolice sedis gratia episcopus . . . in proxima synodo facere teneatur.»

Edit. stilo sæpe mutato Monum. Boica. 16, 604—637. — Cf. Braun, Bischöfe v. Augsburg. 3, 22. — Pertz, Archiv 8, 740.

F. 155'—156 vacant. F. 156' partim scissum [manu Anthonii Frantzen:] «*Contenta in hoc libro.* Tractatus contra errores . . . Statuta sinodalia 145.»

In fine sicut et in operculo anteriore nomen possessoris: Anthonii Frantzen 1520.

Idem passim in margine argumenta etc. adiecit et p. sin margine inferiore hæc addidit: „Iste liber fuit Johannis Hallberger canonici Zofingensis qui dedit domno Conrado Arx cuius heredes dederunt amico eorum domno Ulrico Moren (?) de Brittnow qui dedit domno Oswaldo Höttschi plebano in Brittnow cuius heredes vendiderunt partem librorum domno Conrado de Rotenburg adiutori Zofingensi et ab illo hunc librum emi et in promptis persolvi ante novennium 1522. Registrum contentorum quære in fine. Anthonius Frantz.“ Cf. cod. 49.

### 225. (Fol. Nr. 61.) Joh. Muntzinger etc.

S. XV (1449. 1464.) Charta. 285 × 200. 140 paginæ. — Binæ columnæ. — Ligatura papyracea moderna. — Fuit quondam coniunctum cum 228 & 229 quos vide.

P. 1—136: [*Johannes Muntzinger, quæstiones in orationem dominicam.*] «Pro dominice oracionis declaracione et nostre salutis . . . in malorum liberacione etc. etc. Amen.»

Auctor paulo ante finem nominatur p. 136: „Et sic dei misericordia finite sunt quæstiones oracionis dominice collectæ (?) per magistrum Johannem de Muntzingen.“

De auctore cf. Fabritius II, 88.

P. 137—140. [Altera manu: *Johannis Molitor historia vite Christi.*] «Sciendum est quod secundum Remigium et Berandum (!) . . . textu

Evangeliorum etc. Et sic est finis in dei nomine huius visibilis demonstrationis per me Johannem abbatem monasterii in Beinwilr anno etc. LXIII.»

Johannes Müller vel Molitor fuit abbas Beinwilensis 1462—1485. Mälinen, Helv. sacra, I, 70. — Multos libros scripsit teste P. Anselmo Dietler in epistula data ad P. Gallum Morel 10. Julii 1850. Cf. Leu, Lexicon 3, 21.

**226.** (4. Nr. 88.) **Magistri Pauli opus confessionis.**

S. XIV. Membr. 214 × 149. 288 pagg. Primum folium vacuum non numeratur. 1—XI sexterniones. XII<sup>us</sup> quinternio et duo folia ultima additicia. — Binæ columnæ. — Tabulæ lignæ corio rubeo obductæ.

P. 1—33: «*Incipit opus confessionis compilata a magistro Paulo. Nota quod confessio est utilis ad septem . . . superfluum vel diminutum. Explicit summa de confessione a magistro Paulo sancti Nicolai predicatore compilata. Finit.*»

P. 33: [*Quædam sententiæ morales.*] *Notabile.* Nota quod tribus modis dyabolus . . . *Memorie dignum.* Nota quod III sunt . . . *Nota cum omni diligentia.* Nota quod tribus de causis . . .

P. 34—200: «*Item alia summa de confessione et penitentia. Cum miserationes domini sunt super . . . ex illis seminibus habuerint. Explicit.*»

Idem opus in codice **216**, p. 1—118.

P. 200—284: «*Incipit summa compilata a magistro Johanne de Deo. Incipit liber penitentialium ad honorem . . . benedictus in secula sculorum. Amen. Explicit liber septimus a magistro Johanne de deo compilatus.*»

Dividitur in VII libros. De auctore cf. Fabricius I, 437. — K. Lex. 2, 218. 6, 1688. — Schulte Gesch. d. Q. u. Lit. d. K. R. II, 94.

F. 285 vacat. F. 286 [altera manu s. XIV *Dicta sapientum ethnicorum*]: «*Clyo. Fortuna ut medicus ignarus . . . ne negligas negotium.*»

**227.** (Fol. Nr. 94.) **Varia. Hemmerli, tradit. Vocabularius etc.** [In schedula membranea in operculo anteriore.] **Tractatus de supersticionibus. Declaracio fraternitatis ecclesie Constantiensis. Tractatus de interdicto.**

S. XV. Charta. 304 × 205. 228 pagg. — Tabulæ lignæ partim corio rubeo obductæ.

I. P. 1—2. 50. Binæ col. [*Fragmentum textus theologici cum apparatus.*] Desunt litteræ initiales.

II. P. 3—49. Nic. Gawer, *de superstitionibus.* Binæ columnæ sine signatura.

P. 3—49: «*Tractatus de superstitionibus magistri Nycolai Gawer sacre pagine doctoris. Quoniam lumbi mei impleti sunt . . . presump-*

tione divine voluntatis etc. Explicit tractatus Magistri Nycolai Gawer sacre theoloie professoris super superstitionibus etc.»

De auctore nullibi vestigium.

III. P. 51—74: [*Felicis Hämmerli tractatus contra validos mendicantes sive Lollhardos ex latino translatus per Nicolaum de Wyle. Muttilus in fine.*] «*Salutacio. Dem hochwirdigen in gott vatter vnd herren hern Hainrichen von gottes vnd des bāpschlichen stuoles gnaden bischoves zuo costencz . . . Das Gemuot ist mer.*» Desunt circa 5 folia.

Translatio IX<sup>a</sup>. Ed. in Biblioth. d. literar. ver. Publik. 57. (Stuttgart 1861) p. 159—186. — Cf. Pertz, Archiv 8, 740. — Fiala, Urkundio I, 437 not. — Bächtold, Gesch. d. deutsch. Lit. in d. Schweiz. Anmerkg. p. 54.

IV. F. 75—128. Remanent vestigia numerorum sexternorum 4<sup>tus</sup>, 5<sup>tus</sup> etc.

[*Declarationes confraternitatis ecclesiae Constantiensis.*] «Existentibus in ecclesia Constantiensi duobus confraternitatibus quarum una confraternitas antiqua . . . et nunc XLVIII.» In fine additur altera manu nota in cuius margine: «Ego Hainricus decretorum doctor, canonicus Constantiensis . . . manu propria subscripsi.»

V. P. 129—170. *Pharetra fidei* catholice. Binæ columnæ. P. 149—152 in margine partim excisæ. Folia antiqua manu numerantur 1—24 sed inter 20 et 24 tria folia excisa.

P. 129—164: «In disputatione contra Judeos . . . magistro ordinis nostri de epistola Danielis Judei etc. Explicit.»

P. 165—168 [Altera manu:] «*Determinacio Reverendissimi Patris in Christo domini Petri Cardinalis Cameracensis de fornicationibus. Imitatores mei estote sicut . . . simul et triticum etc. Hec dominus Cameracensis super Evangelio: Designavit dominus LXXII. etc.*»

Auctor est Petrus de Alliaco (d'Ailly) (1350—1420) de quo cf. Fabricius III, 225—227. — K. Lex. I, 369—373. — Du Pin, Bibliothèque 12, 63—66. Non videtur edit. iste tractatus.

F. 169—170 vacat.

VI. F. 171—204. *De interdicto.* In margine inferiore paginæ numerantur antiqua manu 1—17. Binæ columnæ.

P. 171—179: «De modo servandi interdictum memoriale quoddam simplicibus colligendo . . . peccatum veniat in mortale. Explicit tractatus de ecclesiastico interdicto.»

Similis tractatus videtur esse in Bibliotheca Altovadensi. Cf. Xenia Bernardina. Pars I. T. II p. 206. Nr. 115, 4.

P. 179—180: «Interdictum est pena que ea que . . . ad tempus XXXII dicitur nullus et c. se etc.»

P. 180—204: «*Hec egregii doctoris Johannis Caldrini Bononiensis de interdicto. Ecclesiasticum interdictum vel . . . hominis non loci poterit.*»

Cetera excisa. Inter p. 184 et 185 dimidium folium insertum in quo altera manus varia addidit sicut et p. 185 et 204.

Joh. Caldrinus vel Calderini, circa annum 1350 edidit cum Casparo Caldrini consilia super Decretales cuius operis editio inter Incunabula nostra Nr. 200. 2. Venetiis 1497. Ibi p. 78 De excommunicatione. — Cf. Fabricius I, 297.

VII. P. 205—227: [*Vocabularius latino-germanicus secundum ordinem rerum.*] «Mundus welt. Macrocosmus merwelt . . . clepsedra trachter. Deo gratias. Finitum est sexta feria ante Thome apostoli. Anno domini Millesimo quadringentesimo sexagesimo sexto.»

P. 228 vacat.

### 228. Varia theologica.

S. XV. (1445. 1452. 1460.) Charta. 286×208. 81 folia (recte 82, quia 59 bis numeratur.) — Binæ columnæ. — F. 52 superest signum quaternionis: 5<sup>tus</sup>. — Ligatura moderna.

Fuit quondam pars codicis cuius prima pars erat Nr. 225, altera habetur in codice 229. Supersunt vestigia numerorum pp. 141—303, quibus olim signatæ erant, nunc pene excisa. Cf. cod. 229. Scriptor libri est Johannes Molitor, abbas Beinwilensis, de quo vide cod. 225, 140.

F. 1—21: «*Incipit devotus sermo de passione domini ex diversis sanctorum dictis compilatus.* Per proprium sanguinem introivit . . . nobis in cruce passo. Finitus est sermo ille de venerabili passione Christi per fratrem Johannem Mollitoris proxima feria sexta post festum sancte Trinitatis habenti tunc moram in Gravenried anno etc. LX<sup>o</sup>.»

F. 21'—22' vacant.

F. 23—30. [*Informationes indulgentiarum.*] «Quorum remiseritis peccata . . . dico quod non oportet. Explicit. Et ita finiunt bone informationes indulgentiarum fratris Johannis Mollitor, eodem tempore habens moram in Trachselwald anno etc 52 sexta post festum Eukaristic.»

F. 30' vacat.

F. 31—41: [*Variae quæstiones de immaculata conceptione etc.*] «Utrum virgo benedicta, mater inviolata fuerit in peccato originali . . .»

F. 33: *De festo conceptionis Marie.*

F. 35: «Et sic finiunt due conclusiones collecte per magistrum Muentzinger ad laudem et honorem gloriosissime virginis Marie matris domini nostri Jesu Christi. *Decretum sacri Basiliensis concilii quod beata et gloriosissima virgo Maria . . . Sacrosancta generalis synodus . . . VII Kalendis Octobris anno a nativitate domini MCCCCXXXIX in sessione publica.*»

F. 37. «*Excerptum de disputatione Wienensi super nativitate virginis.*»

F. 41'—44': «*Expositio oracionis dominice.* Incipit brevis tractatus per modum didascalici pro novellis clericulis . . . Partes dominice oracionis quod sunt? Novem . . . presentibus et futuris. Amen.»

F. 45—46' vacat.

F. 47—47': «*Sermo bonus ad clerum.* Vos estis genus electum . . . dignetur. Qui cum patre etc.» Sequuntur de vita et honestate clericorum variæ sententiæ S. Augustini, Hieronymi etc.

F. 48—56': [*Alberti de Diessen, stella clericorum.*] «Quasi stella matutina in . . . acquirunt eternam damnacionem etc. Explicit expliciunt etc. Finitus est tractatus iste qui nuncupatur stella clericorum sub anno domini millesimo CCCCXLV<sup>o</sup> per fratrem Johannem Mollitor ordinis S. Benedicti proxima die post festum S. Jacobi apostoli habenti tunc temporis moram in Kuenitz.»

Idem opus in bibl. monast. ss. Ulrici et Afræ apud Braun, Notit. codd. VI. p. 115. nr. 91. scriptum 1447. — Extat editio s. l. e. a. Seemiller I, p. 161. nr. 136. Alterum opus eiusdem auctoris supra 215.

F. 56'—66': [*Speculum Christi.*] «Fundamentum aliud nemo . . . gloria cum patre et . . . seculorum. Amen. Explicit speculum Christi completum et finitum per fratrem Johannem Molitor in Kuenitz presenti (?) sub anno domini MCCCXLV<sup>o</sup> ipsa die proxima post Laurentii etc.»

F. 66'—73': «*Incipiunt quam plura miracula de Sanctis et specialiter de beata virgine. Primo de quodam mercatore qui dedit ymaginem beate virginis fideiussorem pro se cuidam Judeo ut sequitur etc.* Constantinopolim erat . . . Qui admirans dixit ei: Nonne.»

Abrumpitur in fine relicto spatio vacuo. 28 miracula numeravi, fere eadem quæ in collectionibus eiusdem farraginis passim inveniuntur; conf. cod. 670, exepo forsan Nr. 7 fol. 68':

«*Quomodo beata virgo beato Leoni pape manum quam sibimet amputavit restituit miraculose.*»

F. 73'—74' vacat.

F. 75—78': [*S. Bonaventura de corpore Christi.*] «Ad honorem gloriose et individue trinitatis et excellentissimi sacramenti . . . gracie eius. Quod ipse tibi et michi prestare dignetur. Amen. Explicit devotus tractatus de corporis Christi perceptione.»

Ed. Roman. VII, 71—75. — Idem in cod. 214, 76'—79.

F. 79—80': [*De mundo.*] «In principio creavit deus celum, scilicet empireum et angelicam naturam . . . necesse est ut noceat.»

F. 81 vacat.

### 229. Varia theologica.

S. XV. (1453. 1457.) Charta. 286 × 208. 107 folia (recte 108 quia 39 bis numeratur.) F. 1—50 unica columna, deinceps binæ. — Quaterniones non signantur. — Ligatura moderna.

Fuit olim coniunctus codici qui nunc est signatus 228, complectens paginas 304—519, uti adhuc videre est. Scriptor est Joh. Molitor ut cod. 225 et 227. F. 73 littera initialis A pulchre depicta.

F. 1—6': [*Index capitum fol. 7—50.*] «*Incipit tractatus de septem sacramentis et compendium iuristarum et primo de sacramento baptismalis.*»

F. 7—30: [*De VII sacramentis.*] «*Nota auctoritates excerpte ex speculo dictorum Alberthi canonici regularis in Diessen. Ignorancia est error . . . totum cubiculum. Hec dicta breviter de septem sacramentis sufficiant.*»

De Alberto de Diessen cf. Cod. 215, 238 et 228, 48.

F. 30—50': [*Varia excerpta.*] «*De symonia et quid sit. Capitulum.* Queritur quid sit . . . de sententiis excommunicationis. Nuper etc. Et sic in dei nomine finiunt quamplures regule iuristarum compillate et edite ex iure canonico anno domini etc LVII sabbatho post Jubilate in Drachselwald hora nona vel quasi etc.»

F. 51 vacat.

F. 52—62. [*Sermones VI varii argumenti.*] «*Sermo de penitencia bonus.* Memor esto vnde . . . et misericors dominus. Amen. Et sic est finis huius sermonis.»

F. 62' vacat.

F. 63—69: [*Questiones IV theologicæ.*] «*Ecce veniet etc.* Verba proposita . . . adventu scilicet in carne. Amen.»

F. 69—69': [*Varii textus s. scripturæ.*]

F. 70—72' vacua.

F. 73—86': [*Joh. Müntzinger de anima.*] «*Anima est quedam forma . . . est indivisibilis.* Et sic dei misericordia finitur tractatus de anima collectus per magistrum Johannem Müntzinger, pro quo laudetur deus.»

De auctore cf. cod. 49, 225, 228 etc.

F. 87—97: [*Sermo de annuntiatione B. V. Mariæ.*] «*Missus est angelus Gabriel a deo . . . vivit et regnat.* Amen. Et sic in dei nomine finitur sermo devotus de annunciacione beate virginis anno domini MCCCCLIII<sup>o</sup> ipsa die assumptionis beate virginis eius octave in Trachselwald.»

F. 97'—98': «*Alius sermo de annunciacione et bonus.* Missus est . . . verbum tuum. Amen.»

F. 99—107': «*Extra de penitentiis et remissionibus. Innocencius III.* Omnis utriusque . . . questione 7<sup>ma</sup> adulteri etc.»

### 230. (Fol. 230.) **Disputationes quædam scolasticæ uf pergament geschriben.**

S. XIII. Membr. 177×255. 234 pp. Quaterniones non signantur. — Tabulæ lignæ corio albo obductæ.

P. 1 vacat. P. 2—234: «*Qui producit ventos de thesauris suis . . . Dominus ille magnus qui imperat ventis . . . ad vitam eternam.*»

### 231. (Fol. Nr. 209.) **Gregor Vogt, (von dem Endtchrist.)**

S. XVI. (1570—73.) Charta. Folio. 62 pp. (recte 64 quia primum folium non numeratur, accedunt initio et fine singula folia vacua. — Involucrum membraneum rubrum.

«*Von dem Endtchrist. Zwen Tractât wider die Evangelischenn, nemlich das der Bapst nitt seige der Endtchrist. Durch Gregorium Vogt zuosamen gelasen, dotzemol Kilcherr zu Zug, in der loblichen*

Eidgenoschaft, sust genempt Gregorius Hegemonius, Pedioneus, Rethus Anno Domini 1570.»

P. 61: «Authoris ipsius manus. Dises opusculum hat wol ich Gregorius Vogtt selbs gemacht. Aber . . . hab ich erbetten den Ehrwürdigen wolgelerten Herrn Herrn Mathiam Dettikofer dozmal Kaplan allhie das er alles abschribe, vnd also alles ain ainzige vnd läsliche geschriftt wurde, welches er auch flyssig vnd treülich gethon hatt, alss er denn auch hiezuo, zuo waren urkund, sich selbs mit siner eignen hand undergeschriben hatt, wie hernach folget.»

[Altera manu:] «Ich Mathias Dettikover, unwirdiger Kaplon zu Zug thuo kundth vnd zu wuessen . . . im iar Christi 1573.»

De auctore cf. cod. 212.

### 232. Alphabetum divini amoris etc.

S. XVI. (1507.) Charta. 4°. 94 pp. — Ligatura papyracea, antiqua.

Fol. 1 non numeratur. In eo P. Gallus Morel indicem contentorum scripsit.

P. 1—56: [Johannis Nider] «*Alphabetum divini amoris varios tradens modos et vias secundum diversos alphabeti ordines, quibus humana mens in deum elevatur feliciter. Incipit prohemium. Ad honorem omnipotentis . . . director et finis etc. Amen. Explicit alphabetum divini amoris. In quo si quis legendo ac meditando diligenter se exercuerit faciliter et prompte mens eius in deum factorem suum poterit elevari, quo ipsum et clarius agnoscere et ardentius amare et dignius laudare valeat atque ita securius beatam immortalitatem pro laboris sui premio sperare.*»

In fronte manus antiqua adiecit: „Johannes Gerson cancelarius parisiensis composuit.“ Huius tamen nomen in ipso textu aliquoties (p. 1, 12, 21) exprimitur. Editum legitur inter opera Gersonis ed. 1494 [Incun. 242] aa 43. Inter opera Joh. Nider numeratur apud Fabricium 2, 393.

PP. 18—20 vacant.

P. 57—61: [*Preces ad Mariam.*] «O peccatorum venerandissima consolatrix . . . spiritus sanctus per omnia secula seculorum. Amen.»

P. 62 vacat. P. 63—73: «*De laude divina Ludolfus Carthusiensis. Capitulum LXXXV [vitae Christi] Immensa quippe tui creatoris . . . visionem feliciter perducas. Amen.*»

Edit. Paris. 1509 [Inc. 558] Pars II. cap. 85. Fol. 254'—255'.

P. 74—89: [*Eiusdem*] «*De his que passus est dominus et de laude crucis. Cap. LXVII. Considera nunc que pro salute . . . esse consortem. Amen.*»

Edit. Paris ut supra. P. II cap. 67. fol. 231—233.

P. 90—93: [*Versus leonini de passione Domini*] «*secundum Johannem. Ad honorem nominis tui . . . custodiam milites locavit.*»

Cf. Morel, Hymnen p. 330 ubi minus recte numerus codicis 252 notatur.



P. 93: «*Versus de s. cruce. Vita reviscit, mors . . . tartara vita redit.*»

P. 94: «*Rabanus de laude crucis. O crux tu summi voto dedicata tropheo . . . Rabbanum memet clemens rogo Christi tuere pie.*»

Non invenitur in libro de laud. S. Crucis. Operum T. I. — In fine annus: 1507.

### 233. (4 Nr. 60.) **Anonymi opera moralia.**

S. XV. Membr. 215×150. V folia et 165 pp. (recte 164 quia 4 omittitur.) II—IV unica, V—164 binæ columnæ. Quaterni custodibus signantur, non vero numeris. — Tabulæ lignæ corio albo obductæ 1601.

Litteræ initiales coloribus et auro ornatae pp. 9, 37, 52, 62, 75, 83, 93.

F. I vacat. F. II—IV': [*Index capitum.*] «Incipiunt capitula prime partis istius operis in nomine domini. Amen. Primum quod regimen vite . . . mali vel mediocres.»

F. V—164: [Textus initium excisum cum magna littera initiali. Incipit capite secundo:] «tercio circa operationem perfectam . . . sunt maiores. Sic itaque completum sit istud opus, in quo tractatum est in summa de tribus circa que versatur tota intencio philosophie moralis, videlicet de cognicione et intencione boni et recti finis in vita et accione hominis, et de mediis, hoc est de virtutibus moralibus quibus mediantibus oportet consequi ipsum finem, et de ordinandis et dirigendis ipsis virtutibus in finem humane felicitatis. Sit ergo laus precipua et graciaram accio soli deo, cui omnis de iure debetur honor. Amen.»

P. 165 vacat.

Opus constat 12 partibus, quarum numeri in margine superiore singulorum foliorum leguntur.

### 234. (Fol. Nr. 138.) **Opus asceticum.**

S. XIII. Membr. 251×172. 180 pp. (recte 170, quia 100—109 bis numeratur.) Quaterni custodibus signati, non vero numerati. — Tabulæ lignæ corio fusco obductæ.

H. de Ligertia interdum manicas apposuit.

P. 1—2: [*Index capitum.*] «I. De timore domini. II. De disciplina . . . IX. De studio legendi.»

P. 2: [*Prologus. Versus S. Columbani?*] «Quisquis amas humiles . . . formula vite. Prologus hic finit. Finis deus omnibus assit.»

Morel, Einsidl. Handschr. 250 S. Columbano attribuit.

P. 2—176: [*Variae sententiæ asceticæ.*] «De timore domini. Inicium sapientie . . . nutritur ac pascitur.» Collectio ex S. litteris et patribus quorum nomina hinc inde adscribuntur v. gr. Augustinus, beatus Benedictus (p. 7.) Telesporus papa (p. 9) Beda (p. 63.)

P. 176: «*Hec sunt quinque classes sapientie. Assiduitas . . . honor magistri.*»

P. 176—178: [50 *Versus. Summa vitae asceticæ carmine elegiaco.*] «Virtus est anime . . . culpis et carne solutus.»

P. 179: [*Notæ chronologicæ de origine ordinum religiosorum.*] «Anno domini XXXI cepit Christus . . . Francisco in Thuscia.»

Cf. Pertz, Archiv 8, 740.

P. 180 vacat.

**235. (Fol. Nr. 33.) Consuetudines monasticæ. Boëthius de trinitate.**

S. X. Memb. 257×202. 165 pp. (recte 162 quia 4—6 omittitur.) Quaterniones non signantur. — Tabulæ lignæ corio albo obductæ.

I. P. 1—41: «*De consuetudine in regularibus monasteriis omni tempore observanda. Ne diversis cœnobiorum . . . Qua finita post.*»

In fine truncum. Ed. ex hoc codice P. Odilo Ringholz in Studien u. Mitteilungen aus dem Benedictiner- u. Cistercienser-Orden. VII Jahrg. (1886) Heft 2. p. 269—292. — Cf. ibid. Heft 1, p. 71—74. — Mabillon, Analecta vett. 155. — Calmet, Diarium helveticum p. 51. — Pertz, Archiv 8, 740. — Morel, Gesch. üb. d. Schule in Einsied. 10. — Schubiger, Sängerschule St. Gallen. p. 68. — Idem. Pflege d. Kirchengesangs pp. 9—11. — Mon. Germ. SS. XII. p. 211. not. 3. — Kerker, Wilh. v. Hirschau 117. — Hirsch, Heinrich II. (Jahrbücher d. d. Gesch.) 1, 120. — Hauck, K. G. Deutschl. 3, 377.

II. P. 42—165. Maniculis H. de Ligertia abundat.

P. 42—54: *Boethius de trinitate ad Symmachum.*

Ed. Migne P. l. 64, 1247—1256.

P. 55—57: *Ejus epistula ad Johannem diaconem utrum pater et filius et Sp. s. de divinitate substantia (!) utrum predicentur.*

Ed. ib. 64, 1299—1302.

P. 57—62: *Item eiusdem quomodo substantiæ in eo quod sunt, bone sunt.*

Ed. ib. 64, 1311—1314.

P. 62—87: *Liber contra Eulicem et Nestorium.*

Ed. ib. 64, 1337—1354.

P. 87—95: *Ejusdem de fide catholica.*

Ed. ib. 64, 1333—1338.

P. 96—164: [*Commentum in suprascriptos libros Boethii.*] «Investigatam diutissime quæstionem . . . approbat, commendat.»

Ed. Peiper. Lips. 1871. p. XXXXVII—XXXXVIII.

P. 165 vacat.

Contulit et varia descripsit Dr. Herm. Hagen anno 1869 pro editione Peiper p. XIX et XLVII seqq.

Cf. Usener, Anecdota Helderi (Bonn 1857.) 53, 56—58. — Corn. Krieg in Jahresbericht d. Görresgesellschaft 1884, p. 48 et 49. — Calmet, Diarium helveticum 51. — Morel, E. Handschr. d. l. KV. 249. — Rose, Verz. d. l. Handschr. v. Berlin I, 42. nr. 32. — Hagen, Anecd. Helv. p. LXXV.

**236.** (4 Nr. 68.) **S. Benedicti regula. Gaufridus.**

S. IX; XIV. Membr. 260×175. 148 pp. cum schedula insititia 108, b. — Tabulæ lignæ corio albo obductæ.

I. P. 1—108, b. S. IX. *Regula S. Benedicti*. Quaterniones signati I—V.

Maniculas et facies apposuit H. de Ligertia.

P. 1—93: [*Regula S. Benedicti*.] «IN NOMINE DOMINI INCIPIT PROLOGVS REGVLE PATRIS EXIMII et BEATISSIMI BENEDICTI. Ausculta o fili . . . protegente pervenias. Amen. Facientibus hæc regna patebunt superna. Fiat. Amen. Explicit Regula.»

Ed. Migne P. l. 66, 215—930.

P. 6—9: Capitula regulæ. Passim glossæ interlineares manu s. X interseruntur, quæ parvi momenti. Textum contulit Hugo Menardus congregationis S. Mauri, ut refert Ziegelbauer Hist. lit. III, p. 8. Denuo usus est hoc codice P. Edm. Schmidt pro suo editione anno 1880 Ratisbonæ. Cf. quæ dicit p. XIV: „In ipso textu præcepta grammaticæ magis quam alii servat.“ Novissime codice usus est P. Fridolinus Segmüller Einsidlensis pro sua editione 1895.

P. 93—108, b: [*Martyrologium*.] «Incipit marthyrumlogium anni circuli. VIII Kal. Jan. Betleem Nativitas . . . Zefori. Simplicii episcopi.»

Hoc martyrologium antiquissimum variis manibus scriptum præpostere ligatum est. P. 93—96 eadem manus quæ regulam s. Benedicti scripsit etiam martyrologium exaravit. Sequitur p. 101—108, b manus sæc. X. Reliqua p. 97—98 antiquiore manu s. IX—X supplentur. Fusius de hoc martyrologio egit v. cl. J. B. Rossi in Boll. Act. SS. Nov. II, 1, p. [XXVII]—[XXVIII]. — Cf. Hist. pol. Blätter 116, 637.

In margine manus posterior s. X. vel XI notas necrologicas adiecit, quas edidit Baumann, Mon. Germ. hist. Necrologia Germ. I, 359—361.

Cf. ib. p. 358. Nominantur p. 102 Herimannus abbas [Einsidl. † 1065] p. 94 Burchard abbas [Murensis † 1073] p. 105, III Id. Julii Reginboldus presbyter monachus et frater qui obiit 15. Julii 1055. Cf. Kiem, Gesch. d. Benedict. Abtei Muri-Gries I, 23. 29. 30. — Morel, E. Handschr. d. l. K. V. 248.

P. 108, b, versa, manus satis rudis s. X tum signa tum verba numerorum exprimere conata est.

P. 98—99 [manu s. IX—X:] «*Incipit Breviarium Apostolorum* ex nomine vel locis ubi predicaverunt vel obiti sunt. Simon qui interpretatur . . . euangelii predicatio in Judea.»

Editum D'Acherii Spicilegium II, 25—26 ed. novæ. — Martène, Thesaur. Anecd. III, 1549—1550. — Gerbert, Monum. Vet. Liturg. alem. I, 453—454.

Sæpe in codd. v. g. Bernensi 289 s. IX. Halm, Handschr. d. K. V. p. 25. — Berolinensi lat. Phillipici 105. Rose, I, p. 222. — Engelberg. 44. Gottwald, 77. — Paris. M. S. lat. 12048. Delisle, Cabinet III, 221. — Rhenaugiensis, nunc Thuricensis, ex quo ed. Gerbertus cuius imago prostat apud Mahrzoll et Schneller, Liturgia sacra IV, 761.

P. 100. [manu s. IX uel X *Hyn:ni*:] «*Ymnum in dedicatione ecclesie*. Ecce te Christe, tibi cara semper . . . sidera clament.»

Ed. Migne P. l. 86, 913—914. Cf. Chevalier, Repert. hymn. 5192.

«*Item alius hymnus*. Christe cunctorum dominator alme . . . omne per æuum.»

Ed. Migne P. lat. 17, 1218; 151, 969—970. Daniel I, 107. — Cf. Morel, Hymnen p. 64. — Chevalier l. c. 2854.

Cat. codd. Eins.

II. P. 109—148. S. XIII—XIV. Quaterniones non signantur. [*Galfridi de Vinosalvo Yronia vel Henrici de Würzburg carmen de statu romanæ curiæ*:] «Pastor apostolicus de cardine nobis ad undas . . . hunc peregrina domus.»

Edidit ex hoc codice Mabillon, *Analecta* 369—376. — De auctore cf. *Fabritius* 3, 14. Hugo a Trimberg in registro multorum auctorum v. 795—806 opus hoc tribuit *Henrico de Würzburg*. Wien. Sitzgsber. phil. Kl. 116 (1888) p. 153 et 183.

Alii codices prostant Berolini olim Phillipicus 193. Rose l. c. I, 432. — Lipsiæ XLII. Naumann p. 15 et 561. — Modenæ. — Metensis 516. Cat. Bibl. d. Dépt. V, 192. — Vindobonæ 2401, 2. (Tabb. II, 68.) 3219, 2 (lb. 236.) Endlicher p. 269. — Cf. *Leyser*, *Hist. poet.* 979. — *Chronique d'Einsiedeln* (1787) 125. — *Morel*, *Geschichtl. üb. d. Schule v. Einsiedeln* 11.

### 287. (De reformatione Ordinis S. Benedicti per Germaniam facta in concilio Constantiensi.)

S. XV. (1426.) Charta. Fol. 27 folia. — Quaterniones signati A 1—D 3. — Ligatura papyr. moderna.

F. 1—3: [*Initium reformationis per concilium abbatum anno 1417.*] «Anno Dni. 1414. III. Kal. Novembr. ipso die omnium Sanctorum nuntiatum est . . . ipsas visitationes perficiant etc.»

F. 3—5: *Constitutiones reformationis*. «Item ad ordinis reformationem . . . specialiter et rogatis.»

P. 1—5 ed. von der Hardt, *Magnum Concilium Constant.* I, 1100—1111.

F. 5: «*Bulla sacri generalis Constantiensis concilii super confessione electionis præsentium generalis capituli sacri Ordinis nigrorum monachorum*. Sacrosancta et generalis sinodus . . . 12<sup>o</sup> Kal. Martii 1416.»

Ed. von der Hardt, l. c. 1095.

F. 5': «*Bulla sacri . . . super executione reformationis . . . 8 Id. Nov. 1416.*»

F. 6: «*Forma procuratorii abbatum non venientium ad capitulum generale in quo se excusant.*»

F. 6': *Modus suscipiendi visitatores.*

Ed. von der Hardt l. c. 1096—1099.

F. 7: *Forma iuramenti . . . Interrogatoria visitorum.*

Ed. ib. 1099.

F. 8': *Bulla Martini pape super concessionis modo generalibus capitulis*. «Dum uberes vestri ordinis . . . Constant. XI Kal. Maii Pontificatus primo.»

F. 9—10: [*Salvus conductus . . . vulgariter.*] «Wir Friderich von gottes gnaden Markgraff zuo Brandenburg . . . Wir Sigmund von gottes gnaden Römischer kuenig zuo allerzit . . . 1418 an Sent Anthonientag . . . vidimus darüber heissen machen zuo Constanz am wissen sunnentag 1418.»

F. 10—11': *Anno 1418 predicti abbates . . . generale capitulum celebrantes Martino V<sup>o</sup> has supplicationes porrexerunt.*

F. 11': *Decretale Innocentii III ad abbatem Sublacensem de statu monachorum nigrorum et canonicorum regularium anno 1193.*

(Sic! Sed electus est anno demum 1198.)

F. 12': *Innocentius III in concilio generali Lateranensi de reformatione sacri ordinis nigrorum monachorum.*

F. 13: *Constitutio Honorii III de reformatione s. Ordinis nigrorum monachorum facta anno 1218.* «Ea que pro religionis honestate . . .»

F. 13'—15: *Constitutio Clementis V in concilio Viennensi de reformatione s. ordinis nigrorum monachorum anno 1316.* «Ne in agro dominico, sacra . . .»

Ed. in Corp. iuris. Clementinarum Lib. III. Titulus X cap. I.

F. 15: «Expliciunt constitutiones et reformationes sacri ordinis nigrorum monachorum scil. Innocentii III, Honorii III, Benedicti XII ac sacri generalis Constant. concilii prout legenti cuilibet patebit. Que sufficienter scripta et completa sunt procurante Dno. Uolrico de Roden abbate huius loci, temporibus sanctissimi patris dni. Martini pape V Romani pontificis, Anselmi electi et confirmati de Nemingem Augis (?) licet adversarium, scil. Fridricum de Graffneck abbatem Saxerdinensem (?) ordinis s. Benedicti substituti (?) Et Sigismundi, Romanorum, Ungarie, Cromacie, Dalmacie, ceterorumque rege anno Dni. 1418 Indictione VII.»

Ulricus III nob. de Roden fuit abbas in Neresheim annis 1405—1423. Ans. Lang, Kurze Gesch. d. Kl. Neresheim, Nördl. 1839 p. 110.

«Anno Dni 1418 Dns. Episcopus Herbipolensis intendens statum clericorum sue ecclesie restitutum dixit eundem statum reformandum in omni statu, specialius cum religiosos sub hac forma subscripta.»

«Insuper De religiosorum reformatione ex officio debito oculorum aciem dirigimus, precipimus et mandamus omnibus . . . iustum fuerit, procedemus.»

F. 15': *Explicit reformatio nigrorum monachorum per diocesim Herbipolensem anno 1419 per episcopum ibidem facta.*

F. 15'—18: *Questiones de substantialibus omnium religiosorum professorum scil [?] [sive ?] de proprietate et obedientia excepte a iure et canone reverendum magistrum Ruodolffum Spitzlin decretorum doctorem ac canonicum Constantiensem.*

F. 19—27: *Quedam ceremonie vite monastice edite per fratrem Nicolaum de Austria, Priorem monasterii S. Anne, monachum professum sacri loci Specus S. Benedicti. In anno Dni. 1419 sub dno. Uolrico abbate huius monasterii Merenschon [Neresheim?] sic inscripte temporibus Martini pape quinti et Sigismundi Romanorum Ungarie etc.*

«In nomine sancte et individue trinitatis. Hic inferius ponuntur quedam cerimonie vite monastice compendiose ex regulari beatissimi patris nostri Benedicti atque ex regulari observantie sanctorumque (?)

in sacro specu eiusdem sanctissimi patris hodie praeconantur (!) collecte. *Incipit prologus.* Quoniam beatissimi patris nostri Benedicti . . . indulge. Per Christum dominum nostrum. Amen. Laus Deo et sanctis eius. Explicit reformatio ordinis per me Gregorium de Prawnowa (?) Diocesis Pataviensis, anno Dni. MCCCCXXVI finitus in 4<sup>a</sup> feria proxima ante festum S. Galli, quando pulsabantur prime. 5<sup>to</sup> Idus Novembris.»

F. 1—2 notas in margine apposuit P. Joachimus Müller Einsidlensis († 1574).

Usus est hoc codice P. Mauritius Hohenbaum van der Meer Rhenoviensis in sua historia congregationum Ordinis S. Benedicti. — Cf. von der Hardt. l. c. 4, 607. — Kiem, Geschichte d. Kl. Muri I, 260.

**238. (Fol. Nr. 108.) Bernardi abbatis Casinensis in regulam S. Benedicti.**

S. XVII (1612.) Charta. Fol. 671 pp. (recte 674 quia 196 bis, 320 ter numerantur.) V manus. Quaterniones signantur litteris maiusculis. — Ligatura papyracea corio suillo obducta.

«*Commentaria D. Bernardi abbatis Cassinensis in regulam S. P. N. Benedicti ex antiquo manuscripto codice descripta anno M. D. C. XII.*»

P. 1—537: «Legitur in proverbii: Doctrina prudentum . . . perveniamus aeternam. Amen. Explicit explicatio seu expositio regulæ beati Benedicti secundum Bernhardum Venerabilem Abbatem Monasterii Cassinensis per F. Lucam in Monasterio Schutterensi Professum sub anno Incarnationis Domini scripta MCCCCXCVI Feria IV post Conceptionis Gloriosæ Virginis Mariæ. — Reverendissimi et Illustrissimi Principis ac Domini D. Augustini I. huius nominis. Almi Deiparæ Virginis Monasterii Heremitarum Abbatis dignissimi et iussu ac sumptu Transscriptio hæc præsens ab antiqui M. S. codicis originali authentico facta Anno Domini 1612.»

Auctor Bernardus Ayglerius, Gallus anno 1263 abbas Casinensis ac deinde Cardinalis † 1282. Cf. Fabr. Bibl. 1, 202. Ziegelbauer l. c. 1, 68; 3, 172—175; 4, 143. Idem opus in codd. S. Galli 921 et 922. Cf. Scherrer, Verz. 346.

P. 538—568: «*Charitatem pacemque Abbatis cum Fratribus conciliantia, per Bernhardum venerabilem abbatem monasterii Cassinensis. Qualiter abbas se habere . . . Deus per benedictus. Amen.*»

P. 568—588: «*Speculum Ecclesiæ de numero, ordine et significatione Sacerdotalium vestium. [XXIII capita.] Dicit Apostolus ad . . . et sic finiuntur. Amen.*»

P. 589—597 vacat.

P. 598—664: [*Speculum monachorum D. Bernardi Cassinensis. Tres partes.*] «Opusculi de statione monachorum proveniunt. Quandoquidem Deo displiceat infidelis . . . animadvertunt omnia. Explicit. Benedictus Deus qui incepit et complevit. Amen.»

P. 605—671 vacant.

**239. Opus Frowini Abbatis MS. (De laude liberi arbitrii.)**

S. XVII. (1645.) Charta. Fol. 1256 pp. — Ligatura coriacea.

P. 1—2: «Prooemium venerabilis patris B. Froini Abbatis Engelbergensis Ordinis S. P. N. Benedicti in Helvetia, super septem libros suos de libero arbitrio. Desiderio tuo frater Adelberte . . . fecit Dei charitas.»

P. 2—13: Capitula Lib. I—VII.

P. 2—13: Capitula Ll. I—VII. Prooemium et Capitula edidit Mabillon, *Annal. O. S. Bened.* VI, 627—663. Denuo Migne. P. I. 179, 1801—1812.

P. 14—1256: «Quid sit liberum arbitrium et quod tribus modus accipitur voluntas. Liberum arbitrium igitur . . . potuit inveniri Ienatio. Explicit liber septimus et ultimus Frowini abbatis de Monte Angelorum, De laude liberi arbitrii feliciter. Anno circiter 1177 dictatus sed descriptus ut infra 1645.»

P. 13: [nomen et tempus scriptoris] „Accinuit Marianus“ [Wolfgangus Roth monachus Engelbergensis.] 1645.“ Est copia originalis membranacei s. XII quod anno 1880 Basilius abbas Einsidlensis Engelbergensibus tradidit, cuius loco praesens volumen redditum est, ut legitur folio primo.

Operculo anteriori agglutinata est schedula pergamena manu H. de Ligertia: „Iste liber est monasteri montis Angelorum, praestitus domino H. de Ligertz, thesaurario monastrii Heremitarum. Et pro memoriali habetur ibidem Biblia Beate Marie.“

De codice originali eiusque fati cf. Mabillon l. c. 209. — P. B. Gottwald, *Catal.* 79—80. — *Kathol. Schweizerblätter.* N. F. I, (1885) p. 20—23; II, (1886) 134—141; 391—394; III, (1887) 60—61. — Mabillon, *Iter germanicum* 30. — Gerbert, *Iter alemanicum* 76—77. — Wilken, *Gesch. d. Kreuzzüge* 3, 56. — Ziegelbauer, *Hist. rei lit. O. S. B. I*, 58—59. 585. II, 81—82; IV, 152. — Hartmann, *Annales Heremi* 189. — Pertz, *Archiv*, 8, 740. *Neu. Archiv* 12, 238. — *Verhandlungen d. schweiz. naturf. Gesellschaft (Einsied. 1868.)* p. 7. — (Liebenau) Engelberg, ein Versuch 239. — Idem, d. Winkelriede 42. — *Geschichtsf. 8*, 117. — Nüscheler, *Gesch. d. Schweizerlandes I*, 233. — Neugart, *Episcopatus Constant.* 2, 165—166. — Garampi, *Viaggio in Germania*, ed. Palmieri. (Roma 1889.) p. 43. — Sinner, *Rapport (Paris 1846.)* 9—10. — *Leben u. Wirken d. hl. Meinrad* 173. — Landolt, *Iust. Kathol. Bewegung* 15. (Würzburg 1879.) 221. — P. Gallus Morel, *Pilger II (1842)* 65, 205; 349, 357; III (1843) 199, 286. — Idem, *Gesch. d. Schule v. Einsiedeln (Progr. 1855.)* 13.

**240. (Num. I.) Frowinus in orationem dominicam.**

S. XII. Membr. 215×161. 468 paginae; praeterea schedulae additiae inseruntur post pp. 240 et 332. Primum et ultimum folium vacuum non numerantur. — Quaterniones signati I—[XXVI.] — Tabulae lignae corio albo obductae.

Scissurae pergameni magna arte filis sericis varii coloris consutae sunt.

Codicem olim numerum 319 habuisse patet ex Sinnero et Libenau supra adductis.

P. 1 [litteris prolongatis:] «*Incipit prologus Frowini abbatis in monte angelorum in explanationem dominice orationis que est Pater noster.*

P. 2: [Prologus] «*Quamvis sim labilis memoriae . . . captu meo operam dabo.*»

Ed. Mabillon, *Annales O. S. B.* 6, 657—658.

P. 2—467: «Nemo nescit homo deum . . . voluminis placet hic facere finem. Explicit liber explanationis Frowini abbatis in monte Angelorum de dominica oratione que est Pater noster. Feliciter.»

P. 1: [quattuor versus]: «Vive precor Berhtolth . . . gratus ut accipias.»

P. 468: Itidem 4 versus: «Hoc precor, hoc hortor . . . nam studuit fieri.»

Cf. quæ ad. Nr. 239 dicta sunt. — Kopp, Geschichtsblätter 1, 150. — Kath. Schweizerblätter I. (1859.) 52—65. — Leben d. hl. Meinrad p. 174.

Plura verbotenus transsumpta sunt ex opere „De libero arbitrio“ vel vicissim ex isto in illud translata.

Apographum descriptum anno 1647 per P. Marianum Rot, monachum Engelbergensem existit in bibliotheca Engelbergensi sub Nr. 357. Gottwald p. 244.

#### 241. (N. XIV.) S. Bonaventuræ Psalterium B. V. Mariæ.

##### Varie preces.

S. XVII. Membr. 189×147. Unum folium vacuum. 227 pp. (revera 228 quia 6 bis numeratur.) — Tabulæ lignæ corio albo obductæ 1601.

P. 1—125: «Psalterium per Seraphicum Doctorem Sanctum *Bonaventuram*, in honorem Beatæ Mariæ Virginis compilatum. Beatus vir qui diligit nomen tuum Maria . . .»

In margine varîe figuræ et emblemata penna adumbrata sunt. P. 3 lilium cum inscriptione: F JOS. Fortasse nomen scriptoris?

Non est opus genuinum S. Bonaventuræ. Cf. F. a Fanna, Ratio p. 32. Ed. inter eius opera (Romæ 1596) 6, 502—517.

P. 126—127. Litanía: «Maria super omnes . . . Ora.»

P. 128—194: Orationes de S<sup>mo</sup>. Sacramento.

P. 195 vacat. P. 196—218: Antiphone versus et orationes de S. Michaële, proprio Angelo, Johanne Baptista, Petro et Paulo, Andrea, Johanne Evang. Jacobo, Mathia, Innocentibus, Stephano, Laurentio, Sebastiano, Georgio, Patronis nri Monasterii (Justi, Meginradi, Maurittii, Sigismundi), Benedicto, Bernhardo, Dominico, Anthonio, Martino, Nicolao, Catharina, Barbara, Ursula, Agnethe, Agatha, Dorothea, Apolonia, Anna, Elisabeta, Maria Magdalena, omnibus sanctis (alia manu:) Cæcilia. Singuli sancti ad marginem non sine arte calamo adumbrantur.

P. 218—226: Paraphrasis poëtica «Salve Regina» per singula verba. «Salve Regina virginum . . .»

Ed. inter opera S. Bonav. l. c. 6, 489—490.

P. 227: «De S. Francisco Antiphona. Celorum candor splenduit . . .» cum versu et oratione.

Patet librum pro monasterio nostro scriptum ex oratione de patronis addita figura S. Meginradi.



**242. (4. Nr. 96.) Lavaerum Conscientiæ.**

S. XV. (1468.) Charta. 220×160. 100 folia. (I—III manu recentiore, 1—98 manu antiqua signata, sed 88 omissa.) Sexterni signantur 1—8 in prima pagina. — Ligatura moderna papyracea.

F. III: «*Liber iste intitulatur lavaerum conscientie omnium sacerdotum. Rogo omnes in hoc libro legentes ut ob misericordiam dei et animarum suarum salutem ab incepto non desistant donec ad finem ipsius perveniant. Ut omnia in eo contenta diligentissime cordi suo imprimunt (!) et devote conservent. Nunc secuntur capitula. De ornametis duplicibus sacerdotum. folio 2<sup>o</sup> . . . per ebdomadam 73.*»

F. III<sup>1</sup>—1: «*Sequuntur exempla bona et pulchra in hoc libro contenta. Primum scribit Rabanus. De duobus plebanis . . . austeram vitam duxit.*»

F. 1—97<sup>1</sup>: «*Incipit prefatio sive prologus huius libri. Lavamini, mundi estote. Ysay 1<sup>o</sup>. Ex quo nos sacerdotes . . . de quinto gladio. Explicit. Has igitur contemplaciones, O amantissime germane, scripsi tibi secundum desiderium tuum ex fraterna fraternitate et caritate. Ut memor sis quando has cum lacrimis contemplaveris. Ut cum jocunditate in celesti Jerusalem mutuo nos conspiciamus amore. Scriptum per me Jodocum Thuon pro tunc prebendatum in ecclesia in Büllach Anno Domini MCCCCLXVIII in vigilia Ephyphanie de quo laudetur omnipotens deus et Beata Maria. Amen.*»

Opusculum anonymum sæpius sæc. XV editum. Hain 9956—9963. Inter Incunabula nostra Nr. 42, 3; 47, 2; 840.

F. 98 vacat.

F. I—II<sup>1</sup> et 98 varia notata ex s. litteris, patribus et doctoribus, tum soluta oratione, tum ligata, v. gr. sententiæ de imitat. Christi L. I. In fine: „In extremo iudicio. Iudicabit iudices iudex generalis . . . iudex actor et testis.“

Cf. Chevalier, Repert. hymnol. 9874.

**243. (4 Nr. 33.) Anonimi conclusiones breves theologicæ. Item tractatus de Rethorica. Regula epistolandi. K. 17.**

S. XV. Charta. 4<sup>o</sup>. 348 pp. — Ligatura s. XVI.

P. 3—266: «*Incipiunt questiones breves super sententias. Queritur utrum theologia sit sciencia . . . disponente qui est benedictus in secula. Amen.*»

P. 267—272 [altera manu: *Conditiones iudicii novissimi.*] «*Secundum legem debet mori . . . tractaverunt manus nostre.*»

P. 273—286 vacant

P. 287—347 [alia manu: *Ars epistolandi seu Rhetorices.*] «*Rogatibus quidem vestris piis . . . tempora longa. Et tantum de presenti opusculo.*»

Folium primum et ultimum membranacea cum nomine possessoris. P. 1: „Ersam vnd wisen meister Joachim Muller Konventherr zu Einsiedeln.“ P. 2 fragmentum diplomatis germanici s. XV vel XVI in quo est sermo de: „Closter ze Adelhusen bi Friburg.“ Fol. ultimo legitur: „F. Joachim Muller 1578“ de quo cf. cod. 69. Est fragmentum libri missalis manuscripti s. XV.

**244.** (4 Nr. 26.) **Augustini de Ancona super Magnificat etc.**

S. XV. Charta. 210×155. 213 (recte 212) folia a primæva manu numerata, quæ tamen folium 181 omisit. Folium 58 (vacuum) excisum. Sexterni numerantur ab initio et in fine in margine inferiore 1—19. Attamen a pag. 102—206 restant vestigia alterius signaturæ 1—10, quæ partim postea extincta sunt. — Tabulæ lignæ corio rubro obductæ.

I. F. 1—101'. [*Varia theologica.*]

F. 1—42': «*Incipit tractatus super Magnificat editus a venerabili doctore magistro Augustino ordinis fratrum Heremitarum sancti Augustini. Super illo verbo. Psalmus. Deus canticum . . . anime nostre perducantur. Amen. Explicit tractatus super Magnificat editus a venerabili doctore magistro Augustino ordinis fratrum heremitarum sancti Augustini.*»

Fabricius Bibl. lat. 1, 143: Augustinus triumphus, Anconitanus Ordinis Augustini Neapoli 1328. In canticum Deiparæ post editiones romanas recudi fecit Petrus de Alva et Astorga in Bibliotheca Mariana, Madrit. 1648. fol.

F. 43—43': [*Questiones*]. «*Utrum canticum virginis contineat X versus propter X præcepta . . . necessarium sit diligere proximos sicut nos ipsos.*»

F. 44—46: [*De plagis Aegypti.*] «*De prima plaga . . . ipsos verberibus afflixerunt. Explicit etc.*»

F. 46'—53: [*Propositiones Socratis, Senecæ, Platonis et Aristolis.*] «*Socrates interpretatur iusticiæ observator. De Athenis oriundus erat . . . que numquam deficit.*» Pauca de vitis horum philosophorum narrantur.

F. 53'—59' vacant. F. 60—69': «*De inferno et de penis eius. 6 Articuli. Querebant eum inter cognatos et notos. Luc. II. Quam enim vis verum istum . . . Quid profuit nobis supra.*» Varia exempla historica inseruntur.

F. 69'—77: *Tractatus de virtutibus.* «*Amice ascende superius . . . nunc obmutescuntur (?)*»

F. 77—83': «*Tractatus de perfectione humanitatis Christi. Gavisus sunt discipuli viso domino. Joh. . . celestis est apertus.*»

F. 83'—92': [*Sermo sive tractatus de Spiritu sancto.*] «*O quam suavis est dne spiritus tuus . . . sancti amoris.*»

F. 92'—94: «*De claustris anime. Previdentes bonum non solum coram deo . . . det nobis deus.*»

F. 93' quædam germanice: «*Wen man fundet der lüte vil die veltend tugend hand, aber der wenig die ruowent tugent (sic) hand.*»

F. 94—95 [*Sermo*]: «Ego vos elegi de mundo etc. Joh. . . . ipsum honoramus. Amen.»

F. 95—96 [*Subscriptio*]: «Expliciunt tractati boni (!) videlicet tractatus de penis inferni et tractatus de nobilitate virtutum et tractatus de perfectione humanitatis et sermo bonus de spiritu sancto et duodecim fructibus eius et de claustro anime et sex loca quos deus elegit. Amen.»

F. 96—99': [*Tractatus de gratia*.] «Prima est quid est gratia . . . per misterium crucis. Amen.» F. 100 vacat. F. 101 manus posterior aliqua de gratia scribere tentavit tam latine quam germanice e. gr. lin. 7: «ein gnad der verainung goettlicher und menschlicher Natur.» F. 101' vacat.

II. F. 102—213': [*Honorius Augustodunensis in Canticum Canticorum*.] «Homini sapientie cum Salomone poscenti, Honorius Aug. Pacifico . . . operis gratias agamus. Explicit liber super cantica canticorum.»

Edit. Bibl. max. 20, 1153—1217. — Migne P. I. 172, 347—496.

Ab initio et in fine duo folia pergameni, quondam cum operculo conglutinata. In priore manu s. XV argumentum libri recensetur, in posteriore vero folia ubi singulorum capitulum Cantici canticorum explanatio incipit. Restant insuper vestigia *nominum fratrum minorum* provincie Germanie ex definitione capituli provincialis anni 1412. Partim ed. Mone, Quellensamml. I, 222.

## VIII. VITÆ SANCTORUM.

### 245. Vita Caroli magni. Birk.

S. XV. (1493.) Charta. Fol. 63 folia, (recte 64 quia 24 bis numeratur). Deest initium et finis, et quidem ab initio 19 folia desunt, ut patet ex eo quod manus antiqua folia signaverat. Quaternionum nulla signa. — Ligatura antiqua papyracea lacera.

P. 1—7': [Incipit abrupte *Excerptum ex annalibus Laurissensibus* de annis 795—814] . . . «venit ad locum qui dicitur Liuni, in quo predictus . . . post obitum eius summa devotione adimplere.»

Cf. *Annales Laurissenses* ed. Pertz, M. G. SS. I, 180—201.

F. 7'—8: *Visio Turpini in morte Karoli*. «Hic nota quod in die obitus Karoli Turpinus apud Wiennam . . . Karolus fieri procuravit.»

F. 8: «*Quadam accidencia post mortem Karoli*. Item post obitum Karoli multis . . . villam devastat.» «*Homo fil lapis*. Quidam eciam dux . . . voluit reddere formam.» *Canonizacio Karoli magni*. Hic est Karolus imperator . . . gloria et honore.»

Edidit ex hoc codice Dr. M. Büdinger, *Von den Anfängen d. Schulzwanges*. Festrede, Zürich 1865. p. 37.

«*Apportacio reliquiarum Karoli in Thuregum*. Et nota quod venerabiles . . . per omnia secula seculorum.»

Ed. ex hoc codice P. Gallus Morel, N. Schweiz. Museum 5 (Basel 1865) p. 52—53 et Büdinger l. c. 29. Denuo G. Rauschen, D. Legende K. d. Gr. (Leipz. 1890.) p. 12. (Publicationen d. Gesellschaft f. rhein. Geschichtsk. VII.) Ex hoc loco patet auctorem fuisse Thuricensem.

F. 8'—16': [*Excerpta ex monacho Sangallensi de Karolo magno.*] «Quoniam de nativitate vel etiam puericia . . . per omnia secula seculorum.»

Valde differt verbis et ordine ab editis apud Pertz, M. G. SS. 2, 731 et Jaffé, Bibl. 4, 631—700. F. 13'—15' inseruntur duo excursus „*De felicissima Hiltigarda uxore legitima Caroli magni*“ et „*De Adulaide sororis alme Hiltigarde et fundatricis cenobii Bucho.*“

F. 16'—30: [*Vita Karoli Magni scripta s. XII sub Friderico I.*] «*De sanctitate meritorum et gloria miraculorum beati Karoli magni. Etsi passim et varie . . . et imperium in secula seculorum. Amen. Explicil secunda distinctio.*»

Ed. hoc usus codice G. Rauschen, l. c. 17—66. — Cf. Singer, Deutsche Volksbücher aus e. Zürcher Handschr. (Stuttg. 1889. Lit. verein 185) p. XXII seqq.

P. 30—46': [*Pseudo-Turpinus.*] «*Incipit terciã in qua invenies gesta bella hispanyci. Propositi nostri negotii . . . dei subveniatur ei.*»

Ed. partim Rauschen l. c. 66—68. — Reuber, Vett. script. qui Cæs. et imperat. (Francof. 1584) p. 67—88. Codex insuper habet plura quæ in editione desunt, scil. f. 31—31' nomina urbium Hispaniæ, edit. in Catalog. codd. hagiogr. Paris II, 467 e codd. Paris. f. 44—46 descriptio picturæ artium liberalium, f. 46—46' factum mirabile Rotholandi. Fabr. 2, 443. Similis codex, qui etiam hæc continet extat in bibliotheca regia Dresdensi J 52. Cf. Schnorr v. Karolsfeld, Kat. 2, 30.

F. 46'—47: [*Conclusio. De Turpino etc.*] «*Beatus namque Turpinus . . . se receperunt. Amen. Finis est huius libri anno [MCCCC] LXXXXIII.*»

De auctore, codice etc. cf. Büdinger, l. c. 29—39. — Morel, Hymnen 249. — Rauschen, l. c. 11—12, 14—15. — Fabricius, Bibl. lat. 2, 442. — Histoire littéraire, 4, 205—216.

F. 48—53: [*Joh. Birkii, Campidonensis scholæ S. Hildegardis latinæ magistri carmen seu*] «*Tractatus de monasterio Campidonensi et eius multiplicibus privilegiis. Primum capitulum. De invocacione divini auxili. I. Sancta dei dextra . . . bino in lattere.*»

Desinit abrupte in capite LX. Ed. Aldobrandus Gebhard apud [Michael Kuen] Collectio scriptorum rerum monastico — historico — ecclesiasticarum. (Ulmæ 1756) Tomi II. Pars I, pag. 167—190.

De auctore, qui fuit natus in Biberach, inde ab anno 1465 magister liberalium artium Campidonæ cf. Büdinger l. c. 32. — Baumann apud Birlinger, Alemannia 9, 2, 186 seqq. — Pertz, Archiv, 8, 741; 748. Codicem ad manus habuerunt anno 1888 G. Rauschen et Bachmann Thuricensis. In operculo anteriore manu s. XVIII: „*Ex St. Gerold (Vorarlberg) Ein sidlam missus. 1788.*“

**246. (Fol. Nr. 116.) Vitæ Patrum.**

S. XI. Membr. 331×224. 280 pp. Primum folium vacuum non numeratur. Quaterniones I—XXXVI. — Tabulæ lignæ, quarum una fracta, corio albo obductæ.

Litteræ initiales maiores pp. 2, 153, 331.

Henricus de Ligertia passim manuculas, vultus et ut videtur etiam notas marginales apposuit.

P. 1: [*Evagrii diaconi Prologus de vitis patrum, Rufino Aquileiensi presbytero interprete. Initium deest, supersunt tantum 5 lineæ:*] «enarrare temptabo, ut hi . . . palmam requirant. Explicit Prologus.»

Ed. Migne P. I. 21, 390.

P. 1—2: «*Incipiunt capitula de vita sanctorum patrum heremitarum. I. De beato Johanne . . . XXIII. De Johanne monacho. Expliciunt capitula.*»

P. 2—139: [*Liber I.*] «Primum igitur tamquam verum fundamentum . . . ostendit mirabilia. Ipsi gloria et honor in secula seculorum. Amen. Explicit liber primus de vita SS. Patrum.»

Edit. Rosweydi liber II. Migne P. I. 21, 391—462. In codice tamen ordine diverso et plures sancti hic non leguntur.

P. 140—152: *CCVII Capitula libri II.*

P. 153—325: *Liber II.* «Ver[e] mundum quis dubitet meritis stare . . . ex cœnobio fratre. Explicit liber secundus de vita SS. patrum.»

Desinit abrupte in medio numero CCIII. (edit. 216.)

Edit. Rosweydi lib. III. Migne P. I. 73, 739—808, B.

P. 326—330: *LXXXII Capitula libri III.*

P. 331—421: *Liber III.* «Frequenter ac sepius a me . . . luminis abstrahas claritate.»

Editionis Rosweydi lib. IV. Migne P. I. 73, 813—848. Editio habet 55 capita codex 57.

P. 421—578: [*Continuatur eadem materia, capp. 58—258.*] «Interrogatus abbas Johannes in transitu suo . . . ille autem audiens statuit apud se.»

Desinit abrupte. Pleraque, verbis paulum mutatis, hausta sunt ex libro V vitæ patrum quod inscribitur „Verba seniorum“ et in editione Rosweydiana dividitur in 18 libellos. Ed. Migne P. I. 73, 855—988. Codicis capp. 78, 157, 201, 219—221, 232 in editione non inveni. Inter editiones magis concordant secunda Latina Norimbergensis anni 1478, de qua cf. Rosweydi prolegomena XIX. Migne P. I. 73, 66—69. Inter codices valde similis Berolinensis lat. Phillippicus 114. (Rose l. c. I, 236—237.)

P. 579—580 vacant.

**247. (Fol. Num. 59.) Vitæ Sanctorum.**

S. XII. Membr. 300×230. 546 pp. (recte 539, quia p. 287 et 288 bis numerantur, 110—119 omittuntur.) — Tabulæ lignæ corio albo obductæ.

P. 1 vacat. P. 2—3: «Ex consilio Bonifacii papæ, (qui) quartus a beato Gregorio fuit. Quod liceat monachis bene sacerdotale officio ministrare. Sunt nonnulli stulti dogmatis . . . tanto potentior.»

P. 3—4: «*Ex decreto Beati Gregorii papæ. Episcopus debet . . . decem et octo patrum.*»

P. 4—8: «*Incipiunt capitula libri sequentis. Mense Januario . . . Sennes subregulorum.*»

P. 5 post passionem SS. Naboris et Felicis ab alia manu s. XII additum est: „Usque huc notatæ passionis in hoc volumine sunt scriptæ.“ Reliquæ habentur in codice **248**.

P. 8—10: «*Hortaris venerabilis Augustine, ut sicut . . . quæ fuerit agnoscat.*»

Est Præfatio *Paulini* in vitam S. Ambrosii ed. in Opp. S. Ambr. ed. Bened. Paris 1690. Tom II. Append. p. II.

P. 10—22: «*Incipit Passio S. Policarpi episcopi, discipuli S. Johannis Evangelistæ. Ecclesia Dei quæ est apud Smirnam . . . me colligat Dominus Jesus Christus in regno . . .*»

Ed. in Act. SS. Boll. 26. Jan. II, 705—707.

P. 22—27: «*Incipit Passio S. Asclæ. Venienti ab Hermopoli civitate . . . vicesima prima. In Christo . . .*»

Ed. in Act. SS. Boll. 23. Jan. II, 456, 457.

P. 27—41: «*Incipit Passio SS. Dorotheæ et Theophili. In diebus illis in provintia Capadociæ apud . . . glorificat suos sanctos cui est . . .*»

Ed. stilo paululum mutato in Act. SS. Boll. 6. Febr. I, 773—776.

P. 41—51: «*Passio S. Polochronii Episcopi, Abdon et Sennes Martyr. Orta tempestate . . . Pontiani præstante Domino . . .*»

Ed. compendiatim inter Acta SS. Boll. 17. Febr. III, 5.

P. 52—69: «*Incipit passio Montani episcopi. Et nobis est apud uos certamen . . . de nobis (nostris) aliqua discamus.*»

Ed. in Act. SS. Boll. 24 Febr. III, 455—459.

P. 70—77: «*Incipit passio S. Nestoris episcopi crucifixi LVIII. Fides nos admonet . . . dimisit spiritum.*»

Ed. in Act. SS. Boll. 26 Febr. III, 628—630.

P. 77—88: «*Incipit vita Albinii episcopi [auctore Venantio Fortunato.] Religiosorum uirorum . . . ad cœlos.*»

Ed. in Act. SS. Boll. 1 Martii I, 58—60. Prologus in codice deest.

P. 88: «*Incipit prologus in Passionem Focæ episcopi. Sanctorum singulæ passionis . . . esse reddenda. Cui gloria . . .*»

P. 89—106: «*Incipit passio S. Focæ episcopi. Admiranda itaque et stupenda . . . nominandus semper in secula. Amen.*»

Inedita esse videtur vel edita forsitan apud Mombritium. Cf. Acta SS. Bolland. 5 Mart. I, 366. — Cat. Codd. hag. Bruxell. p. 144. — Analecta Bolland. I, 515.

P. 106—134: «*Incipit passio Filemonis confessoris [et Arriani.] Postquam admirabilis Aclas . . . eiusdem mensis. In Christo . . .*»

Ed. in Act. SS. Boll. 8 Mart. I, 752—756.

P. 134—147: «*Incipit passio Pionii Martyris. Referri oportere ac ut scripsimus imperante Domino . . .*»

Ed. ex hoc codice Ruinart, Acta Mart. 140—141. (Ed. Galura I, 323.) — Acta SS. Boll. 1. Febr. I, 40—46. Ruinart l. c. 139: Quartus tandem [codex] Principalis monasterii

Einsiedlensis alias B. Mariæ de Eremo, ex quo codice ea Acta describi curavit noster Dns. Joannes Mabillonius cum in Germania aliquot abhinc annis profectus est.

P. 147—156: «*Incipit passio Theodoriti presbyteri. Tempore bonæ memoriæ . . . participes inveniamini. In laudem et gloriam Domini . . .*»

Ed. in Mabillonii *Analectis veterum* ed. II, 187—189: Ex codice Einsidlensi ex quo ea rogatu nostro descripsit religiosus et eruditus vir Placidus Redingus. — *Ruinart, Acta Mart.* 588. — *Acta SS. Boll.* 23 Oct. X, 40—45. Ibi p. 35 de codicibus dissert P. v. Hecke.

P. 156—163: «*Incipit Confessio S. Acatii episcopi. Quotienscumque servorum dei . . . III<sup>to</sup> Kalendas Aprilis.*»

Ed. in *Act. SS. Boll.* 31 Mart. III, 904.

P. 163—200: «*Incipit vita Ambrosii episcopi [auctore Paulino]. Igitur posito in administratione . . . fugisse supplicium. Explicit vita S. Ambrosii episcopi.*»

Ed. in *Opp. S. Ambrosii* ed. Benedict. T. II Append. p. II—XIV. Prologum vide supra p. 8. Ut 257, 211.

P. 201—205: «*Passio s. Irenæi [Hirenei cod.] episcopi. Cum esset persecutio sub Diocletiano . . . Probo præside, regnante Domino . . . Explicit passio beati Hirenei presb.*»

Ed. in *Act. SS. Boll.* 25 Mart. III, 556, 557.

P. 205—206: «*Incipit prologus in vitam Zenonis episcopi [auctore Coronato notario.] In provintia Tuscia . . . hominibus et cetera.*»

P. 206—211: «*Vita S. Zenonis episcopi. Igitur ille a cunabulis . . . in Veronense urbe in sæcula sæculorum. Amen.*»

Inedita esse videtur, nam differt ab editione *Act. SS. Boll.* 12. April II, 70, 71 et a codice *Bruxell.* 64. nr. 104. *Conf. Codd. hagiogr. Bruxell.* I, 19.

P. 211—220: *Incipit passio S. Georgii M.* «*Invictus igitur Christi martyr . . . transmittuntur comburendi.*»

Diversa est ab edita in *Actis SS. Boll.* 23 April. III, 117—122 et *Biblioth. Cassinens.* T. II. *Florileg.* p. 7—11. Inedita esse videtur. Cf. *Catal. Codd. hagiogr. Bruxell.* I, 148 et 204.

P. 221—227: «*Passio S. Marci evangelistæ. Per idem tempus quo dispersi . . . Gaio et Julio, regnante autem Domino . . .*»

Ed. in *Act. SS. Boll.* 25 April. III, 347—349. Ut 256, 184.

P. 223 in margine manu s. XII additur hæc nota: *Iliadas et odisseas . . . habitus.*

P. 225 eadem manu: *Bubalus . . . dicentes Trahe. P. 225. Item hæc nota de apide Aegyptiorum bove et deo: Mutata una litera apis . . . in deserto.*

P. 227—230: «*Incipit passio S. Vitalis Martyris [et Valeriæ coniugis]. Sanctus Vitalis miles . . . Kalendarum Maiiarum, regnante vero Domino . . .*»

Ed. in *Bibl. Cassin.* III. *Florileg.* 348—349. In fine additur: „*Martyrizatus est . . . seculorum. Amen.*“ sicut in cod. *Bruxell.* Nr. 64. Vide *Catal. Codd. hagiogr. Bibl. reg. Bruxell.* I, 9.

P. 230—236: «*Incipit passio S. Jacobi fratris Domini. Igitur Judei posteaquam . . . filius Dei qui cum eodem . . . Explicit passio S. Jacobi apostoli.*»

Diversa ab edita in *Actis SS. Boll.* 1 Maii, I, 31. Inedita?

P. 236—239: «*Incipit passio S. Philippi Apostoli.* Cum in ipsis iniciis . . . qui credunt regnum Patris et . . .»

Ed. in Act. SS. Boll. 1 Maii I, 11.

P. 240—246: «*Incipit passio S. Sigismundi regis.* Temporibus Tyberii senioris Augusti . . . redeant sanitatem adiuuante Domino . . .»

Ed. in Act. SS. Boll. 1. Maii I, 86, 87. — Mon. Germ. Script. Merov. II, 333—340. Cf. ib. p. 331.

P. 246—252: «*In inventione S. Crucis.* Anno a passione Domini . . . intrare concessit. Qui vivit . . .»

In verbis discrepat paulum ab editis in Actis SS. Boll. 4. Maii I, 445—448 licet in rebus atque adiunctis congruat. In fine additur p. 252—253: „Judeus quidam . . . lapidibus obruerunt.“

P. 253—271: «*Incipit passio Alexandri Papæ [Eventii et Theodoli.]* Quinto loco a beato Petro . . . quinto Nonas Maias. Benedictus Deus in sæcula sæculorum. Amen.»

Parum differt ab altera vita infra cod. 256, 191.

Ed. Acta SS. Boll. 3 Maii I, 371—375. Hæc forte eadem est quæ habetur in codice Namurensi 53. Cf. Anal. Boll. I, 506. Differt vero ab edita ex codice Bruxellensi ib. III, 218—223.

P. 272—278: «*Incipit passio S. Gordiani [et Epirachi].* Temporibus Juliani impiissimi . . . hodiernum diem ad laudem et gloriam Domini . . .»

Ed. in Act. SS. Boll. 10 Maii II, 553.

P. 278—283: «*Incipit passio S. Pancratii.* Temporibus Valeriani et Galieni . . . Galieno imperatoribus, regnante Domino . . .»

Concordat ad verbum cum editis in Analect. Bolland. II, 289—291.

P. 283—306: «*Incipit passio Sanctorum Nerei et Achillei [Domitillæ, Petronillæ etc.]* Nisi studia catholicorum meruerint . . . fodiens se peliuit.»

Ed. in Act. SS. 12 Maii III, 6—13. In fine additur

P. 306—308: «*Passio S. Cesarii Diaconi.* Sanctum itaque diaconem . . . beneficia præstant in nomine Patris et . . .»

Ilæc desiderantur in Actis editis l. c. p. 13.

P. 308—311: «*Incipit prologus de passione S. Gangolfi.* Commemoratio beatissimi Gangolfi . . . conabimur explicare. Explicit prologus.»

P. 311—328: «*Incipit passio S. Gangolfi.* Vir itaque Domini . . . nunc et per infinita sæculorum sæcula. Amen.»

Prologus et Passio edita sunt in Actis SS. Boll. 11 Maii III, 644—648.

P. 328—338: «*Incipit passio S. Bonifacii Martyris.* Temporibus Diocletiani quater . . . coronam assumens in gloriam et laudem Dei . . .»

Ed. in Actis SS. Boll. 14 Maii III, 280—283.

P. 338—341: «*Incipit Passio sanctorum Victoris et Coronæ.* Erat sanctus Victor . . . refrigeria. Per Dominum . . .»

Multo brevius editis in Act. SS. Boll. 14 Maii III, 266—268 et Analect. Boll. II, 291—299.



P. 341—348: «*Relatio Sancti Pastoris presbyteri de titulo Sanctæ Potentianæ et Praxedis ad Timotheum presbyterum (et apostolum.) Omnia quæ a sanctis gesta sunt . . . florent orationes sanctorum in . . .*»

